DQ
1
.G38
vol.2

THE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

949.4
G34
v.2

Urkunden

des

Stiftes Engelberg.

(Fortsetzung.)

Mitgeteilt

von

P. A. Vogel, Stiftsarchivar.

1896

THE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

Urkunden des Stiftes Engelberg.

(Fortsetzung aus Band XLIX. S. 262.)

Sæc. XIII.

28.

1203. 28. Januar.

Papst Innocenz III. befiehlt den Aebten von Engelberg und Muri, dass sie den Ritter E. H. von Büttikon und seine Genossen zum Ersatz des Schadens, den dieselben dem Stifte Beromünster zugefügt, durch Anwendung kirchlicher Strafen zwingen sollen.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Montis Angelorum et Murensi abbatibus, Constantiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Significantibus dilectis filiis canonicis Beronensibus nos noveritis accepisse, quod E. H. de Büttikon et alii milites Constantiensis diocesis possessiones eorum invadere et quoddam castellum in eis ædificare per violentiam præsumpserint, ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus milites ipsos, ut super hiis satisfaciant, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, appellatione postposita, compellatis. Datum Laterani V. Kal. Februarii Pontificatus anno quinto.

Original im Stift Münster. Copia Gg. 4.

Druck: Neugart, cod. diplom. II. 121.

Regest: Neugart, Episcoqat. Constant II, 160. — Versuch, Engelb. 136. Nr. 20. Hidber, Schweiz. Urkd. Regist. II. Nr. 2892.

29.

1207. 4. Sept.

Die Aebte Anselm von Muri, Heinrich von Engelberg, Conrad von Lüzel und Eberhard von Salem entscheiden einen Streit, der zwischen der Aebtissin von Seckingen und dem Grafen Rudolf von Habsburg wegen der Stadt Laufenburg obwaltete, zu Gunsten der Aebtissin.

Universis Christi fidelibus præsentem paginam intuentibus R.[1]) Abbas de Mura (sic), H.[2]) Abbas Montis Angelorum, C. Abbas de Luzila, E. Abbas de Salem, in perpetuum. Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus, quod grandis et longa controversia inter Abbatissam Seconiensem et comitem Rudolfum de Habisburc pro castris et villa Loufenberc vertebatur; tandem complacuit partibus in humilitatem nostram compromittere, ut nostro arbitrio prædicto negotio per compositionem finem imponeremus. Nos autem habito consilio ad locum accessimus et ascitis ad consulendum nobis prudentibus viris tam clericis quam laicis, de eiusdem ecclesiæ filiis in hunc modum composuimus: primum statuentes, ut comes prædictus villam Seconiensem et claustri possessiones universas, clericum videlicet et ministeriales, totamque familiam prænominatæ ecclesiæ in eo iure et ea libertate, qua tempore Arnolfi comitis de Baden fruebatur, semper illæsam conservet. Ex multis igitur pauca specificantes statuimus, ut neque burgenses, neque aliquis de familia ecclesiastica extra locum antiquitus ad iudicandum instituta, ad iudicium venire compellantur; ut ne quisquam de colonis ecclesiæ ad Loufenberc domicilium transferre cogatur; ut ne quis de villanis vecturas plaustrorum faciat, antequam vinum Dominarum ad claustrum integraliter deferatur. Insuper decrevimus, ut Abbatissa iam dicto comiti illa duo castra citra Renum et trans Renum in annuum censum, scilicet X librarum ceræ in perpetuum concederet, quod et coram nobis ex multis aliis ita consumatum est . omnem vero iustitiam, quam Abbatissa in villa Seconiæ dinoscitur habere,

---

[1]) Nach den Geschichtsschreibern der Abtei Muri regierte dort zu dieser Zeit Abt Anselmus, nicht R. (Rudolfus?).

[2]) Heinricus I. de Baldegg, reg. 1197—1223.

eandem Loufenberc habebit in bannis et districtibus; census quoque arearum, qui annuatim in eadem villa in festo beati Martini reddendi sunt, in communem usum Conventus proveniant; (h)ortos autem et universam terram prædictis castris conterminam, tam cultam quam incultam nec comes, nec aliquis de suis colere præsumat, nisi ad voluntatem eorum, ad quorum curtes, huobas vel schuopozas pertinere dignoscuntur. Præterea nec equi comitis vel hospitum suorum in circumiacentibus villis herbirgentur[1]), nisi communis quera[2]) comitem et claustrum ad hoc impellat; et ne fœnariam vel manipulariam exactionem in eisdem villis fieri permittat; et ne aliquod genus animalium apud villanos a comite vel a suis transmissum hiemetur. Item nemora adiacentia sub debito et consueto banno custodiantur, ne conflatoribus massarum ferri succisio ad opus suum ulterius concedatur. Duæ etiam naves ad piscandum, nec amplius, ad communem usum comitis et Conventus habeantur, nisi utrique parti eas amplificare placuerit. Prohibemus etiam, ne exactiones illas, quas vulgus Steuras[3]) vocat, dominus comes exigat, donec census tritici et siliginis Conventui persolvatur. Volumus etiam, ut clerici, monachi, milites, peregrini, et omnis familia ecclesiæ per pontem Loufenberc liberum habeant transitum, et vecturæ eorum. Ad recompensationem vero damnorum, quæ sæpe dictus comes eidem claustro intulerat, prædia in vallis Schinzenaho et Vilnachern, quæ XX modios tritici et totidem siliginis annuatim persolvunt, pro salute propria et parentum suorum, coram nobis et aliis quam pluribus, solemniter donavit. Ut autem ea, quæ præmissa sunt, rata et inviolata perseverent, præcipimus, ut idem comes sacramento confirmaret universa, quæ prædicta sunt, se bona fide completurum, quod et ipse devota mente complevit. In futurum quoque providentes decrevimus, ut quicumque filiorum ei in eadem advocatia successerit,

---

[1]) herbirgentur: von dem deutschen Worte „herbergen“, hospitio ex cipere. gloss. du Cangii, edit. nov.

[2]) quera, oder querra = Krieg, aus dem italien. „guerra“ entlehnt. Hergott, gen. II. 211. nota 4 et 5.

[3]) Steuras = Abgaben, Steuern.

ipse sæpe dicta castra, sub eodem censu, præmisso prius consimili secramento, sicut pater, de manu Abbatissæ recipiat. Quod si forte comes vel filius eius contra hanc nostræ compositionis paginam venire voluerit, vel eam infringere attemptaverit, volumus, ut Abbatissa vel per honestas personas, vel per se ad correctionem eum usque tertio inducat; quod si demum non emendaverit, Abbatissam et Conventum totius prædictæ compositionis liberam absolvimus et absolutam denuntiamus: prædia vero, quæ præfato claustro a comite donata sunt, in perpetuum perseverent ecclesiæ. Hæc autem a nobis apud Seconiam in maiori ecclesia feliciter peracta sunt anno MCCVII. Incarnationis Dominicæ 11. Nonas Septembris. Indictione decima, cyclo XI. concurrente VII. et in præsentem cartam conscripsimus, et sigillis nostris roboravimus. Testes autem horum sunt F. Abbas Cæsariensis, qui et sigillum suum huic cartæ apposuit . et Rudolfus Præpositus Duricensis . Burchardus Præpositus Werdensis . Rudolfus Canonicus . Ulricus Decanus . Chunradus plebanus Seconiensis . Heinricus Canonicus eiusdem . Ulricus, Burchardus, Arnoldus, Rudolfus, Johannes, Rudolphus presbyteri Seconienses . Fridericus, Willelmus, Wernherus, Chunradus prebyteri . Heinricus diaconus . Chunradus, Heinricus, Eberhardus subdiaconi Seconienses . Chunradus de Chrenchingen, Arnoldus de Warto, Ulricus et Reinhardus de Bernowo, Arnoldus de Wessenberc, Hugo de Britisseldon liberæ conditionis . Heinricus pincerna cum duobus filiis Heinrico, Ulrico . Otto, Hartmannus, Rudolfus, Fridericus, Bartholomæus ministeriales . Burchardus, Bertholdus, Muozo, Heinricus, Burchardus, Otto, Rudolfus, Chunradus, Heinricus et alii quam plures . Complures de familia eiusdem ecclesiæ . prædicto quoque modo prædium Steinibrunnen prædictæ ecclesiæ contulit. Cop. Gg. 5.

Druck: Herrgott, geneal. Habsb. II. 209. Nr. CCLX.

Regest: Hidber, Schweiz. Urk. Regist. II. Nr. 2944. — Versuch. Engelb. 136. Nr. 21. —

30.

1208.

Die Abtei Erlach verkauft derjenigen zu Frienisberg ein Eigengut (Allodium) zu Ellenwile, wobei Abt Heinrich von Engelberg als Zeuge erscheint.

Cum sit brevis evi vita mortalium . et quod antiquatur et . senescit . transeat ad interitum . memoria factorum cum suis pene interit auctoribus. Nam antiquitas mater est oblivionis noverca memorie . et ideo cautum est immo necessarium in scriptum redigi . quod ad posterorum placuit noticiam transmitti. Hinc est quod presenti scripto innotescimus omnibus in futurum scire volentibus . qualiter conventus Herilacensis sub abbate Nicolao . ecclesie de Frienisberch tempore abbatis Ruodolfi unanimiter vendidit pro XX marcis argenti allodium quod habuit Ellenwile . et in aliis duobus Wilare . superiori et inferiori et libere tradidit per manus advocati comitis Ruodolfi de Thierstein sine ipsius aut ullius contradictione aut iure advocatie data eadem pecunia pro allodio Galles . ; Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.VIII. Romane ecclesie presidente Innocentio . regnante Ottone quinto . rectore terre duce Bertoldo . sub testibus . Heinrico abbate de monte angelorum . comite Oulrico de Novo Castro et fratre suo Bertoldo preposito Basileensi . Hermanno dapifero . comite Ruodolfo de Thierstein et filio suo Ruodolfo . Chuonone de Talisperch . Uolrico Buchirare . et aliis quam pluribus ; . ; Et ut hec inconvulsa permaneant . sigillis pendentibus confirmari ac corroborari placuit. Copia Gg. 6.

Druck: Zeerleder, Urk. d. Stadt Bern, I. 171. Nr. 103.
Origin. im bern. Staatsarchiv.

31.

1208. 11. Decemb.

König Otto IV. empfängt vom Abte Heinrich die Schirmvogtei des Klosters Engelberg und verspricht ihm, dieselbe weder zu Lehen zu geben, noch sonst in irgend einer Weise zu veräussern.

Otto Quartus dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Si ecclesiarum et personarum deo | famulantium quieti pariter et commoditatibus curauerimus intendere . salutis nostre | incrementum sentiemus . et a retributore omnium bonorum non ambigimus feliciter | remunerari. Cum itaque ecclesiam que nuncupatur mons angelorum . uiri magnifi- | ci antecessores

nostri Romanorum Imperatores sive reges . et sub eis uiri illustres sub eorum | semper habuerint protectione. Uniuersis Imperii fidelibus presentis etatis et posteritatis | successure notum facimus . quod accedens ad presentiam nostram apud Argentinam | fidelis noster Heinricus memorati loci abbas . uidelecet montis angelorum commisit | nobis . et per manum suam recepimus aduocatiam abbatie . et omnium possessio- | num sibi adtinentium . ut ammodo sub omnimoda tuicione nostra ipsam | tenere debeamus . promisimus econtra abbati et omnibus snccessoribus suis | ut aduocatiam eandem teneamus ad manus nostras. Et numquam occasione | aliqua aut ex necessitate ipsam alicui persone conferre debeamus in feuda. Sta- | tuentes ut nullatenus licitum nobis esse possit . a potestate nostra eam alienare . | uel etiam cui committere procurationem eius ex parte nostra tenendam . nisi ali- | cui ex officiatis nostris quem abbas et fratres eius a nostra postulauerint | maiestate . et qui commoditatibus eorum et utilitati uisus fuerit expedire. Ad cuius | rei certam in posterum euidentiam hanc paginam exinde conscriptam sigilli nostri | iussimus communiri impressione. | Datum apud Argentinam . anno dominice incarnationis M.CC.VIII. tercio Idus | decembris. Indictione XII.

Orig. B. 4.

Das grosse königl. Siegel hängt gut erhalten an rothgelben Seidenfäden und stellt den König auf dem Throne sitzend, in der rechten Hand das Scepter, in der linken den Reichsapfel haltend, vor.

Von der Inschrift ist noch lesbar:

OTTO DEI GRAT. . . . . SEM. AVGVST. †

Abgekürzt gedruckt in Neugarts Episcopat. Constant II. 522.

32.

1210. Vor 24. September.

Regest: Graf Rudolf von Habsburg vertauscht mit dem Kloster Engelberg eine Besitzung am Niederberg (Grafenort genannt) mit Zugehör und Vogtei gegen ein von Ritter Walther von Reiden dem Kloster gsschenktes Gut zu Sarnen.

Das Original im Staatsarchiv Obwalden. Copia D.

In extenso abgedruckt: Geschichtsfreund IX. 199. — Hergott, geneal. II. 211. Tschudi, Chron. I. 110. — Regest: Hidber, Schweiz. Urk. Register, Nr. 3021.

33.

1210. Vor 24. September.

Regest: Zur Sicherung und Heilighaltung obigen Tauschvertrages zwischen dem Kloster Engelberg und dem Grafen Rudolf v. Habsburg wird festgesetzt, dass der den Vertrag nicht haltende Theil zur Strafe 100 Mark Silber zu bezahlen habe. — In Folge dieses Tausches übergibt Abt Peter von Muri dem Grafen eine Besitzung in Gersau. (Hidber, l. c. Nr. 3022.)

Gleichzeitige Copie D. 4.

In extenso abgedruckt: Geschichtsfreund IX. 200. — Hergott, geneal. II. 212. —

34.

ca. 1211.

Hermannus Comes de Vrosburg plura bona in inferiori monte (scl. in loco Comitum, seu Grafenort), intra terminum Beinstrasse, sed ultra fluvium Surenen sita monasterio Montis Angelorum donat et hæc donatio tum a Friderico II. in suo diplomate de anno 1213 . confirmatur, tum etiam ab utroque filio post mortem patris ratihabetur hoc modo: Ludovicus et Hermannus, Comites de Vroburg confirmant omnia bona, quæ dedit pater monasterio Montis Angelorum in locis montanis, sicut vicinis, et suo usui tam in pascuis quam in aliis utilitatibus congruis pro patris Hermanni salute. — (Excerpta historica a. P. Athanasio a Castaneo anno 1680. Litteræ originales incendio 1729. interierunt.) Copia Gg.

Ohne Datum.

Ludovicus und Hermannus aus Gnaden Gottes Grafen, auch Regula aus eben dieser Gnad Gräfin von Froburg, allen ihren Getreüwen . . . . . Wir lassen euch wissen, dass wir

einen guten Willen tragen gegen das Kloster Engelberg, dahero Alles, was unser Vater glückselger Gedächtnuss, dieser Kirch aus Gutwilligkait . . . . vergabet, wollen wir dasselbe Alles wegen unser und aller unser Voreltern Heil, insonderheit für die Seel eben dieses unsers lieben Vaters Hermann erneuweren und erbesseren, mit dem Geding, dass sein Gedächtniss hinfüran in eben diesem Closter sowohl in Allmusen als Gebetten und Vigilien getreuwlich und andächtig gehalten werde.

ex libris Copiar. I. p. 100 et 205.
Copie D. 15.

Literæ orig. incendio 1729, interierunt.

35.

1213. 2. Januar.

König Friedrich II. bestätigt dem Kloster Engelberg das Privilegium Heinrichs V., und insbesondere die neulich von den Grafen von Habsburg und Froburg erworbenen Güter am Niederberg (Grafenort), etc.

C In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus secundus dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sycilie.* |

Omnibus Romani imperii fidelibus tam presentibus quam futuris sit notum, qualiter regulare monasterium quoddâm situm est in prouincia burgundia . in episcopatu constantiensi . quod mons angelorum nuncupatum est. Istud cenobium temporibus Heinrici IIII. | Romanorum Regis constructum, ac eius priuilegio honorifice magnificatum in honore sancte Marie semper virginis dinoscitur, in angusto et aspero nimis alpium loco horridam et duram monachis prestans habitationem. Unde patres mo- | nasterii nimia angustia loci ipsius coarctati, concambio aliorum prediorum et competenti precio peccuniarum, seu aliis quibuslibet modis loca sibi congrua et uicina, tam a ditioribus quam etiam a pauperioribus inibi culta et inculta possidentibus redi- | mentes, terminos ecclesie sue prout potuerunt dilatauerunt; ut tantô secretius quieta libertate absque inquietudine diuinum possent adimplere seruitium. Nunc autem dilectus et fidelis noster Heinricus eiusdem loci pater in presentiam nostri veniens a maie- | state nostra postulauit, ut omnia eius-

dem ecclesie iuste et legitime acquisita, uel adhuc largitione fidelium conquirenda, specialiter in inferiori monte[1]) ex utraque parte fluminis Surannun[2]), a fidelibus nostris comitibus de habesburch, nec non etiam | de froburch et eorum hominibus nouiter acquisita, sub imperiali mundiburdio et omnifaria protectionis nostre tuitione ammodo et usque in sempiternum habeantur. Rogatu quoque predicti patris inter alia ad predictum cenobium pertinentia, ista propri- | is duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam stannes[3]), ecclesiam böches[4]) cum prebendis suis atque omnibus earum pertinentiis absolute et absque ulla exceptione spiritualis vel secularis persone, ita quod aduocatia earumdem ecclesiarum respiciat ad castal- | dum cenobii . ecclesiam quoque Wilare[5]) cum omnibus suis pertinentiis . ecclesiam Affoltre .[6]) ecclesiam Briens cum suis appendiciis . uineta quoque in Crissiaco[7]), et alia nouiter ibi acquisita, et quiete possessa . ista inquam omnia, et tam uiciniora quam remotiora | deinceps ut firmiter inconuulsa monasterio permaneant, decernendo sancimus. Et quia romani imperii mansuetudo de fonte nascitur pietatis, nos predictum patrem supplicem ac paternum eius animum erga cenobium suum consideran- | tes, omnia, que pie recordationis Heinricus IIIIus. romanorum rex priuilegio suo eidem ecclesie concessisse dinoscitur, nos ea imperiali auctoritate confirmantes constituimus, ut pater monasterii cum consilio fratrum suorum eligat aduocatum deum | timentem, bene consideratum undecumque ei placuerit, et ei commendet non prestet ad remedium anime sue, et ut numquam hereditario iure in aliquem proueniat om-

---

[1]) Am Niederberg, d. h. unten am Berge, der Gütercomplex im Grafenort. — [2]) Der Fluss „Surenen“ wird jetzt Aa genannt.

[3]) Stans. — [4]) Buochs.

[5]) Dieses Wilare wurde irrig für „Brienzwiler“ am Brünig gehalten; ebenso unrichtig ist die Vermutung Zeerleders (Urk. d. Stadt Bern, I. p. 175. Nr. 106. Anm. 1.), es dürfte darunter Wyl an der Aa in Nidwalden zu verstehen sein, denn keiner dieser beiden Orte besass jemals eine Pfarrkirche. Vielmehr steht urkundlich fest, dass fragliches Wilare das jetzige Oberwil bei Bremgarten, Ct. Aargau, gewesen ist.

[6]) Affoltern, am Albis, Ct. Zürich. — [7]) Cressier, Ct. Neuenburg.

nimodo interdicimus . qui non pro terreno commodo uel lucro, sed pro eterna mercede sollicitus | et studiosus constitutam monasterii libertatem et iusticiam defendere uoluerit. Hic denique patre monasterii petente bis uel ter in anno si necesse fuerit, non in ipso loco sancto, ubi nunquam aliquam potestatem uel exactionem seu aliquid | regendi habeat, nisi aliqua secularis persona in tantum rebellis sit, ut necessario rogante patre monasterii ab eo comprimatur. Alibi ubicumque uel quandocumque patri monasterii uisum fuerit inuitatus ab illo ueniat, et quicquid ibi proclamatum fue- | rit pro causis et necessitatibus monasterii rite peragat. Nullum autem aliud seruitium, ius, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi eternam dei mercedem, et tercium bannum[1]) in illis placitorum diebus, et unum modium spelte, et unum | friscingum[2]) ualentem siclum , et unum siclum de uino[3]), et nichil aliud speret nec accipiat nec pro iusticia nec pro caritate . et si non uenerit ad placitum nichil speret se accepturum. Preterea constituentes uolumus, quod nisi patre cenobii uolente | et advocante, bona et loca monasterii suis frequentiis temerarius et sine causa iusta non adeat uel attingat, nec pernoctandi ibi licentiam habeat, nec unquam aliquem aduocatum pro se liberum aut seruum inibi constituat. Quod si | unquam presumptuosus aliter temptauerit, quia nostram imperialem constitutionem uiolat et infringit, nec aduocatus sed potius calumniator et peruasor fuerit, omnino potestatem hebeat abbas cum consilio fratrum hunc penitus reprobare, et | alium regia adiutus potestate, si aliter fieri non poterit, sibi utiliorem undecumque eligere. Quodsi ille, quod absit, deprauatus aliquando fuerit, et commissionem ad utilitatem ecclesie non custodierit, liceat abbati semper inutilem remouere, et alium | sibi utiliorem substituere. Concedimus quoque abbati cum consilio fratrum ad utilitatem

---

[1]) tertius bannus, i. e. tertia pars mulctæ pecuniariæ — der dritte Teil des Strafgeldes. Hergott, geneal. II. 145. Anm. 5.

[2]) In deutscher Mundart: „Frischling“, ein junger Hammel.

[3]) Siclum de vino — ein Flüssigkeitsmass, etwa ein Ohm Wein. — Vergl. Hergott, geneal. II. 133. Anm. 4 und 5.

monasterii emere, uendere, mutuari loca monasterii longe disiuncta et remota a monasterio absque contradictione aduocati, et ea defendenda commit- | tere alteri. Militibus etiam siue ministris et familie sanctuarie eandem concedimus legem quam cetere libere abbatie, que secundum deum diligentius ordinate sunt habent, ut tantô fideliores et subiectiores abbati et prelatis suis per omnia | seruiant. Si autem aliquis ex eis rebellis et sui iuris inobediens fuerit, et per spacium anni nec per consilium, neque per ammonitionem suorum dominorum nec per sui consimilium resipiscere uoluerit, si tunc abbas iudicauerit hereditatem suam | amittat. Volumus quoque, ut quandocumque fratres monasterii patre spirituali orbati fuerint, ipsi habeant liberam potestatem secundum regulam sancti Benedicti inter se uel undecumque, si opus fuerit non solum eligendi sed etiam constituendi. Qni si forte | quod absit, libertatem monasterii peruertere sibique locum sanctum uiolenter subicere attemptauerit, mox fratres cum suffragio constantiensis episcopi et religiosorum abbatum, necnon ceterorum Christi fidelium in circuitu manentium hunc accusatum iusteque | ab eis conuictum, nisi rationabiliter emendare uoluerit, dignitate sua abiciant, aliumque iuxta predictam libertatem et sancti Benedicti regulam fratres sibi eligant, et absque omni contradictione substituant. Denique intimauit nobis | predictus pater Heinricus rescripta Heinrici IIIIti. Romanorum regis monstrando, sepe dictum monasterium a Chŏnrado nobili uiro de Sallenburron honorifice constructum esse, et totius libertatis iure et priuilegio eum | adamplificasse, et ob regni celestis hereditatem in Christo omnimodis stabiliter et firmiter sublimasse, necnon omni potestate, seruitio, iure, proprietate, cum omnibus iusticiis legitimis et pertinentiis prediorum, manci- | piorum, censorum (sic), et peccuniarum seu decursibus aquarum et quarumcumque rerum ex toto super altare sancte Marie reddidisse, delegasse, contradidisse domino deo et sancte Marie, sancto Petro apostolo, sanctoque Nicolao, et sancto Benedicto | confessori, in proprietatem et potestatem, et predicti monasterii tunc patri Adilhelmo, eiusque successoribus, in dispositionem liberam

monasterioque necessariam, et fratribus deo sub monastica regula seruituris ad utilitatem. | Et ut numquam a cognatis suis uel ab aliquibus dei seruitium illic destrui possit, regali priuilegio firmauit, monasterium cum omnibus suis pertinentiis ne subiciatur iugo alicuius terrene potestatis, sed solius patris mo- | nasterii dominationi, potestati, ordinationi, et sic semper mundiburdio[11]) et regia maiestate securum stabiliatur ac defendatur. Itaque, si aduocatus uel aliquis alius quod absit aliqua temeritate uel pertinacia praue | inductus, supradictum monasterium inquietare, molestare, disuestire ulterius audeat, obsecrant fratres et omnis ecclesia catholica, et omnino testificantur pretendentes hanc nostre maiestatis paginam, apostolicum, et constan- | tiensem presulem, et illum antistitem ad cuius diocesim ipse pertinax pertinet, per Christum, et per sanctam Mariam, et per sanctum Petrum apostolum, et per omnes sanctos dei, et per tremendi iudicii diem, ut illum dei et sanctorum eius contemptorem; et testa- | mentorie huius conscriptionis destructorem, nisi resipuerit. tradant omnino sathane, et anathematihcent ac profanent eum a consortibus et filiis ecclesie dei, et heredibus uite eterne, et ut in omni congressione belli nul- | las uires, nullamque in uita sua uictoriam optineat, et ut auferat deus memoriam illius de terra uiuentium, et deleat nomen eius de libro uite, et ut cum dathan et abiron quos terra aperto ore deglutiuit, et in os in- | fernus absorbuit, perennem incurrat damnationen. Insuper in fiscum regis quinquaginta libras auri, et predicto monasterio similiter L.ta libras auri persoluat, et in aula regia merito libertatem amittat. Ad hec | adicientes sancimus ut nullatenus alicui hominum sit licitum commissionem aduocatie uel in pignore ponere, uel alicui in feodo conferre. Decernimus etiam ut secundum statuta Heinrici IIII.ti. Romanorum imperato- | ris augusti, ut singulis annis in quadragesima ad altare sancti Petri a patre monasterii aureus nummus ponderis turicensis monete romane ecclesie persoluatur, eo pacto ut libertatis istius et conscrip-

---

[1]) Mundiburdium bedeutet Schutz und Schirm.

tionis statuta tantô | perennius inconuulsa permaneant, et ut sepedictum monasterium sub Romane ecclesie mundiburdio et maiestate securum semper stabiliatur ac defendatur. Predium in quo ipsa ecclesia fundata est, ad superiora | tendens, pertingit usque ad rupem Stŏbin[1]) absque aliqua exceptione. Ut autem hec omnia que supra scripta sunt, perpetue firmitatis robur obtineant, hoc presens privilegium conscribi ius- | simus, et maiestatis nostre Sigillo communiri. Huius rei testes sunt Sigifridus maguntinus archiepiscopus, Berardus barensis archiepiscopus, Dietricus treverensis electus, Comes Rŏ- | dolfus de habisburch, comes Albertus de Eberstein, comes Adolfus de Scowinburch, Reinhardus de bernŏwa, Rŏdolfus de raprechswilare, Heinricus marscaldus | de challindin, Werneherus dapifer de bollandia, Philippus de bollandia, et alii quam plures. |

Signum domini nostri Frederici, Dei gratia | inuictissimi Romanorum Regis et semper Augusti. et Regis Sycilie. (Monogr.)

Ego Chŏnradus Metensis episcopus Imperialis aule | Cancellarius uice domini Sigifridi maguntine sedis archiepiscopi totius Germanie archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis | M°.CC°.XII°. Regnante domino Friderico glorioso Romanorum rege Augusto et Rege Sycilie, anno regni eius Romani primo, regni uero Sycilie quinto | decimo. Indictione prima. Datum apud Haginaugiam. IIII°. Nonas Januarii.

Orig. 47×58 cm. B. 5.

Das Thronsigel von rothem Wachs, an rothem und geldem Seidenstrange hangend, ist gut erhalten.

Drucke: Hergott, geneal. II. 216. Nr. 267. — Urkundenbuch v. Zürich, I. 257. Nr. 376. —

Regest: Versuch, Engelb. Nr. 25 — Hidber, Nr. 3094. — Böhmen, 3069. — Ficker 686.

36.

Anno incerto.

Abt Arnold von Murbach gibt dem Kloster Engelberg eine Wiese in Eilsmatt, um den gleichen Zins, den seine Eigenleute bezahlt hatten, zu Lehen.

---

[1]) „Stoubin oder Steübi“ wird der Wasserfall des sog. Stierenbaches in der Plakenalp auf Surenen, am Pass nach Uri, genannt, und bildete früher die Grenzmarche zwischen Uri und Engelberg.

Arnoldus dei gratia mŏrbacensium et lucernensium monasteriorum uocatus abbas omnibus christi fidelibus. | Cognoscat successio futurorum, qualiter nostra concessione et uoluntate ecclesia montis angelorum quoddam | pratum in eilsmato a quibusdam nostre ecclesie hominibus emit, competenti peccunia. Quod | idem pratum consensu fratrum nostrorum et ministerialium nos iam dicte ecclesie montis angelorum in feudo conces- | simus ea ratione, ut pauperes christi sepe dicte ecclesie nobis idem soluant tributum, quod | nostros homines constat semper soluisse . uidelicet V. nummos turicensium in festo | beate Verene, feliciter. Et ut ista rata et inconuulsa perpetuo permaneant, nos | presens rescriptum sigilli nostri inpressione roborauimus feliciter. Amen. | Orig. D. 5.

Das Siegel des Abtes hängt gut erhalten an einem Pergamentstreifen.

37.

1213.

Arnold, Abt der Klöster Murbach und Luzern, vertauscht durch deren Vogt, Graf Rudolf, Landgraf im Elsass, an das Kloster Engelberg die früher vom Meier Walther von Stans besessenen Wiesen zu Eilsmatt, Fallibaeh und Wiesenberg gegen Güter zu Lunkhofen und Vokingen[1]).

Arnoldus dei gratia mŏrbacensium et lucernensium ecclesiarum abbas. Rŏdolfus quoque lantgrauius alsatie | et castaldus earundem ecclesiarum, uniuersis fidelibus salutem in domino cum rei geste noticia. Apostolicam ammonitio- | nem dicentem: beneficientie autem et[2]) communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis deus promerebitur: implere cupientes, pascuosa loca in eils- | maton[3]), et in vallindebach[4]), et in wiso-

---

[1]) Vergl. damit die Urkunden von 1199. 27. Febr. und von 1213. im Geschichtsfreund VIII. 250 und 251.

[2]) Die folgenden 8 Worte dieses Spruches sind nur mit den Anfangsbuchstaben: c. n. o. t. e h. d. p. bezeichnet.

[3]) Das Gut Eien, in der Pfarrei Wolfenschiessen.

[4]) Fallibach, ebendaselbst.

berch[1]) eo iure, quo nostrarum ecclesiarum ministeriales allodia non tri- | butaria habere noscuntur, a felicis recordationis Walthero uillico de stannis[2]) possessa, per sal- | mannos[3]) ad cenobium montis angelorum tradita . nos postea rogatu Heinrici eiusdem cenobii abbatis, | loco et iure concambii eadem prata ego inquam Arnoldus consensu fratrum et ministerialium nostrorum per ma- | num aduocati mei uidelicet Rŏdolfi comitis tradidi, delegaui ex integro iusta commutatione pro | alio predio in Lunchunft[4].) Pratum quoque aliud in eilsmaton ab Arnoldo de A. ministeriali nostro here- | ditario iure possessum nobis soluens V. denarios, a predicto abbate nostra indulgentia ab ipsis | heredibus XXti. talentis comparatum, nos quoque pro utilitate utriusque ecclesie assensu fratrum et mini- | sterialium, predicte ecclesie montis angelorum tradidimus pro alio predio in Vokingin[5]), nobis soluens tres | solidos. Acta sunt hec in Lucerna anno M.CC.XIII. incarnationis dominice; regnante Frideri- | co, II. romanorum rege, et rege sycilie augusto. Testes autem qui istis interfuerunt sunt hi: Arnol- | dus abbas. Heinricus abbas . Waltherus prepositus lucernensis . Odilricus cellerarius . Ruodolfus . Hein- | ricus fratres de tribisschin . Wernherus de hertinstein . Wernherus de burron . Waltherus | de littowo . Wernherus . Heinricus de bŏchis . Arnoldus de A . Heinricus uillicus . et alii quam plures. | Orig. D. 6. 2.

Die Siegel des Abtes Arnold von Murbach und des Grafen Rudolf von Habsburg sind gut erhalten; letzteres am Rande etwas beschädigt.

Druck: Herrgott, geneal. II. 220.

Regest: Hidber, Schweiz. Urkund. Register II. Nr. 3130. — Versuch, Engelberg Nr. 27.

---

[1]) Wiesenberg, Filiale der Pfarrei Stans, ob Dallenwil gelegen.

[3]) Stans. — [2]) Salmanni wurden die Steuereinnehmer oder Præfecti censuum genannt. (Herrgott, gen. II. 220. Anm. 3.)

[4]) Lunkhofen, Ct. Aargau.

[5]) Vokingin, auch Vochingin (Urk. v. 1178) ietzt Vokigen, war ein Stammgut des alten Geschlechtes Vokinger (Vokiger) in Ennetbürgen, Nidwalden. (A. Odermatt, die alten Geschl. Nidwaldens.)

38.

Anno incerto.[1]) 1198—1216.

Der apostolische Nuntius bestätigt, früheren päpstlichen Verordnungen gemäss, dem Kloster Engelberg den Kirchenzehnten zu Stans, und bestimmt, dass davon zwei Teile dem Kloster und ein Teil dem Pfarrer zukommen sollen.

Omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus, qualiter quoddam regulare cenobium quod mons angelorum nuncupatur in constantiensi diocesi situm est, in quo utriusque sexus deuota | sanctitas, ac sancta deuotio iugiter in dei laudibus perseuerat. Super omnia autem sanctimoniales LXXX. sinceri nominis, ac totius mundane prauitatis et uanitatis expertes, deo student | cottidie militare . que sic firma custodia, et murorum clauduntur ambitu, ut ex quo semel habitum religionis assumpserint, nunquam eis de cetero patebit exitus, donec per carnis obitum | ad tumulum efferantur. Tales ergo frequenter in uictualibus magnam patiuntur penuriam, quibus de remotis partibus per locorum dispendia, non sine sumptu plurimo ac labore multiplici, | parum quid uictus transportatur. Predictum quippe cenobium inter alpium niuosa cacumina horridam monachis prestat habitationem . ubi terra non parit segetem, nec uitibus fecundatur . ubi | grando, nix, glacies, continue dominantur. Quia itaque tanta religio in tanta asperitate pollet, ne quod absit ex nimia paupertate deficiat, pontificali circumspectione indiget, | ad consolandam et alleuiandam iam dicti cenobii inopiam prouentus decimarum stannensis ecclesie, cuius patronatus ad ipsum monasterium respicit cum omnibus | pertinentiis suis, secundum statuta Clementis et Celestini Romanorum pontificum, nos quoque apostolice legationis

---

[1]) Das Datum dieser Urkunde ist zweifelsohne in die Regierungszeit Innocenz III. (1198—1216) zu setzen, indem sie offenbar die Antwort enthält auf die Bittschrift, welche der Abt von Trub und der Probst von Lucern (nach Neugart, Cod. Diplom. II. 122. im Jahre 1206.) um Verwendung der Einkünfte der Kirche zu Stans zu Gunsten des Klosters an diesen Papst gerichtet hatten, und deren Text in dieser Antwort stellenweise wörtlich angeführt wird. — Siehe Geschichtsfreund XIV. 236.

qua domino fauente fungimur auctoritate confirmamus, et | concedimus Heinrico[1]) in presentiarum ipsius loci abbati suisque successoribus, ut amodo et usque in sempiternum in suos usus conuertant . quod etiam propter | uicinitatem cenobii et ecclesie congruit, ita sane ut sacerdotes idoneos de clericali ordine tres ibi instituant, quorum unus curam animarum gerere, et | diocesano episcopo de spiritualibus debeat respondere, abbas uero de temporalibus competenti auxilio eorundem sacerdotum episcopo sua iura soluere, reliqua | ad utilitatem monasterii sui apostolica auctoritate, et nostra concessione, redigere, ordinare debeat et disponere. Hanc autem pauperibus christi pernecessari- | am concessionem, apostolica freti auctoritate, et aliorum religiosorum uirorum consilio fecimus ea intentione, quatinus memoria nostri per orationum | frequentiam in ipso monasterio montis angelorum apud fratres et sorores ibidem christo seruientes, perpetuo habeatur. Ut igitur pacis et concordie uinculum | aliquando a monasterio et predicta ecclesia non dissoluatur, decernendo deliberantes uolumus, ut diuisio decimarum talis fiat, uidelicet ut due partes | ex integro monasterio, tercia pars sacerdoti parrochitano cum consuetis oblationibus subditorum suorum cedat, talique distributione utraque ecclesia sua par- | te contenta, futuris temporibus inrefragabiliter ut id perseueret, apostolica, ac nostra auctoritate roborantes confirmamus. Quiquis ergo hoc nostrum statutum | apostolica auctoritate fultum, mutare ac infringere temptauerit, reum se coram districto iudice cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine redemptoris nostri alienus fiat. | Orig. Bbb. V.

39.

1218. 2. Jan.

Bischof Conrad von Constanz bewilliget mit Zustimmung seines Capitels dem Kloster Engelberg zur Linderung seiner grossen Armut die Hälfte des Kirchenzehntens zu Stans, und

---

[1]) Heinrich I. von Baldegg, 1197—1223.

bestimmt dessen Grenzen von Kirsiten an auf beiden Seiten des Aaflusses (Surannun) bis zur Beinstrasse (der Grenzscheide zwischen Nidwalden und Grafenort); die andere Hälfte soll dem Leutpriester zu Stans, als des Abtes Vikar und Kaplan, zugehören. Orig. Bbb. IV.

Das bischöfl. Siegel ist sehr gut erhalten.

Druck in extenso: Geschichtsfreund, VIII. 252.

Regest: Versuch . . . Engelberg, Nr. 28

40.

1219. 3. März.

Bischof Conrad von Constanz bekundet, dass der edle Mann Chuno von Brienz mit seinem Bruder Rudolf von Raron das Patronatsrecht der dortigen Kirche mit der Advocatie und allen Rechten, wie er sie selbst besessen, dem Kloster Engelberg abgetreten und geschenkt habe.

Chŏnradus dei gratia constantiensis episcopus, omnibus christi fidelibus qui hec legerint uel audierint, salutem in domino. Notificamus tam | presentibus quam futuris, quomodo Chŏno uir nobilis de Briens, cum fratre suo Rŏdolfo de Rarvn[1]) eiusque filio, apud Vispvn[2]), | in cimiterio eiusdem ecclesie coram multis astantibus, sancte dei genitrici semper uirgini Marie in Monte Angelorum | ius patronatus ecclesie Briens cum aduocatia, et cum omni iure, ut ipse possederat, in manu Heinrici | prefati cenobii abbatis, pro remedio anime sue nec non et omnium parentum suorum, perpetua donatione | contradidit, delegauit, et consignauit. Postea uero idem Chŏno predictum abbatem Heinricum in ipsam ecclesiam | Briens duxit, ibique presentibus parrochianis pene omnibus cum aliis pluribus uicinis, prefixam donationem | sollenniter iterando confirmauit, et abbas sibi ius aduocatie ea conditione ut nullus heredum suorum as- | spiraret, pro remedio anime sue commissorie procurandum, commendauit. Huius rei testes sunt: Hein- | ricus idem abbas, Wernherus prepositus Interlaci, Heinricus et Vlricus presbiteri, Vlricus plebanus ipsius ec- | clesie, Chŏno auctor

[1]) Raron, am rechten Ufer der Rhone im Oberwallis.

[2]) Visp, ebenfalls im Oberwallis.

huius donationis, Arnoldus de Briens, Burchardus de Rikeswile, Petrus de Wal- | tirsperch[1]), Waltherus de A[2]), Waltherus et Johannes de Lvcerna, et alii quam Plures. |

Act asunt hec anno M⁰.CC⁰.VIIII⁰. incarnationis uerbi, in dominica secunda Quadragesime . feliciter. | Orig. Bbb. VI.

Das bischöfl. Siegel hängt unversehrt an der Urkunde.

Drucke: Neugart, Cod. Diplom. II. 138. — Zeerleder, Urk. der Stadt Bern, I. 195. Nr. 117. — Fontes rerum Bernens. I. 13.

41.

1220. 12. März.

Papst Honorius III. nimmt das Kloster Engelberg mit allen seinen schon erworbenen und in Zukunft noch zu erwerbenden Besitzungen in seinen und des hl. Apostels Petrus Schutz, und bestätigt insbesondere den ihm vom Bischofe Conrad zu Constanz und der Priesterschaft von Stans zugeteilten Zehnten dieser Kirche. Orig. A. 8.

Die päpstl. Bleibulle hängt.

Druck: Geschichtsfreund, XIV. 237.

42.

1221. 6. Mai.

Papst Honorius III. bestellt den Abt Heinrich von Engelberg und Propst Peter von Könitz als Richter in dem Rechtsstreite des Klosters Interlaken mit dem Priester Ulrich zu Gsteig.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati de Monte Angelorum et preposito Cunicensi Constantiensis et Lausannensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii prepositus et conventus Interlacensis

---

[1]) Waltersberg bei Stans war Stammsitz der Edlen gleichen Namens. Die „Nobiles de Waltersperch“ erscheinen oft in den Urkunden des 13. und 14 Jahrhunderts.

[2]) A, Aa oder Ah, war ein Hofgut und Stammsitz der gleichnamigen Edelknechte, zwischen Oberdorf, Wyl an der Aa und Waltersberg bei Stans, gelegen. (A. Odermatt, Alte Geschlechter in Nidwalden.)

nobis conquerendo monstrarunt, quod Ulricus presbiter Lausannensis diversis in ecclesiam de Stega ad ipsos de iure spectantem temere se intrudens eam detinet occupatam in ecclesie preiudicium et gravamen. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis audiatis causam, et quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerunt nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Lateranis II. Nonas Maii, Pontificatus nostri anno quinto. Copie Gg. 7.

Das Original ist verloren gegangen. Diese Abschrift wurde aus Nr. 141 von Zeerleder's Urkunden der Stadt Bern, I. 224. gemacht. — Vergl. die Anmerkung zur Urk. Nr. 138. Seite 219. ebendaselbst.
Regest: Fontes rerum Bernens. II. 34.

43.

1224.

Eberhardus nobilis de Gruenenberg duas scopossas in Mauensee et sex in Fischbach monasterio Montis Angelorum legat propter filiam eius in cœnobium monialium assumptam.
Literæ desunt.[1]) Regest. Gg. 9.

44.

1225.

Ludovicus et Hartmannus fratres, comites de Froburg allodium, quod habent intra terminos parochiæ Montis Angelorum, illud, quo Marchwardus advocatus de Rottinburg ab illis infeudatus fuerat, monasterio donant. Regest D. 13.
Litteræ originales incendio a. 1729. interierunt.

---

[1]) Das Urbar von St. Urban, I, Blatt 7, a und b. (Staatsarchiv Lucern) enthält Folgendes: „Notandum autem, quod sub anno domini „Millesimo. CC.^{o}XXiiij.^{o} strenuus | et nobilis vir dominus Eberhardus de „Grůnenberg, miles, dedit nobis et monasterio nostro quasi sub concambio „universum predium suum in villa Langathun: scilicet ius patronatus „eiusdem ecclesie cum omnibus pertinenciis et iurisdictionibus suis, et

45.

1227. 24. Sept.

Ein Rechtsstreit zwischen den Klöstern Erlach und Valtravers wird durch die Aebte von Engelberg und Trub und den Prior von Lucern, als päpstliche Delegirte, untersucht und geschlichtet.

Gedruckt: Zeerleder, Urk. d. Stadt Bern, I. 236. Nr. 153. — Solothurner Wochenblatt, für 1827. S. 475. — Eontes rerum Bernens. II. 79.

46.

1229. 23. Jan.

Papst Gregor IX. beauftragt den Abt von Weingarten und den Propst bei St. Peter in der Au, zu untersuchen, ob der Abt von Engelberg mit Umgehung seines Capitels eigenmächtig über die Belehnung der Kirchenpfründe zu Buochs verfügt habe, und je nach Befund der Sache Recht zu sprechen.

Orig. A. 12.

Das päpstl. Bleisiegel hängt.

Druck: Geschichtsfreund, XIV. 238. — Regest: Versuch, Nr. 32.

47.

1229. 18. Mai.

Heinrich VII., Röm. König, nimmt das Kloster Engelberg und dessen Besitzungen in seinen Schutz und bestätigt alle Schankungen, die von seinen Unterthanen dem Kloster gemacht werden, und will, dass man dieselben ebenso respectire, als wenn sie von ihm selbst vergabt worden wären.

In Nomine Sancte Et Indiuidue trinitatis Nos Hainricus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Uniuersis | christi fidelibus in perpetuum. Cum in examine districti

---

„undecim scoppozas et molendinum ibidem, et homines universos ad ipsum „pertinentes; item dedit nobis suam partem silve que vocatur Wissberg, „et silvam que vocatur Swendi, et silvam que vocatur Rottwald. Nos „autem viceversa dedimus ei pro concambio Vj scoppozas in Vischbach et „duas in Mowense, quas ipse plenarie contulit cenobio de Engliberg, ubi „eciam filiam suam includens deo et eius genitrici consecravit".

iudicii pro meritis simus vel supplicia, vel premia re- | cepturi, summa nobis est diligentia laborandum, ut quod peccatis nostris exigentibus, ad perpetuum exitium promeremur | pia sanctorum intercessione ad correctionis auxilium conuertatur. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, quod licet nostra | celsitudo omnium ecclesiarum vtilitatibus intendere teneatur illas tamen que priuilegio nostre defensionis specialius sunt mu- | nite, manutenere ac ditare propensius et volumus et debemus. Cum itaque Monasterium Montis Angelorum preter imperialem poten- | tiam alium non habeat defensorem, et in eodem vtriusque sexus deuotio gloriosissime virgini dei genitrici Marie | gratum impendat ivgiter famulatum, hanc eidem gratiam decreuimus faciendam, ut quicquid homines imperii, Ducatus | siue patrimonii nostri, de rebus seu possessionibus suis, ad nos quocunque modo spectantibus, sincera deuotione pro suorum reme- | dio peccatorum contulerint, vel legauerint monasterio supra dicto, nos super hiis ratum et gratum prestamus assensum, vo- | lentes vt sic collata, auctoritate presentium tanquam a manu nostra sibi concessa, prefatum monasterium quieta possideat | et secura, contradictione cuiuslibet non obstante. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam infringere, vel ei ausu | temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et Regie | Maiestatis se nouerit incursurum. Datum Constantie Anno dominice Incarnationis . M.CC.XXVIIII. XV. kl. Junii Indictione Secunda. |

Orig. B. 6.

Das königl. Siegel hängt zerbrochen an grünen und rothen Seidenfäden. Von der Inschrift ist noch zu lesen: .. ENRICVS ... MANORVN ... STVS.
Druck: Versuch. Engelb. p. 112. Beil. Nr. 4. — Regest. ibid. 139. Nr. 33.

48.

1229. 2. Juli.

Die zwischen Abt Heinrich II. von Engelberg und dem Leutpriester Walther zu Stans obwaltende Streitfrage wegen der dasigen Pfründebesetzung und gewissen Zehnten wird durch zwei Schiedsrichter von Beromünster und Constanz dahin ent-

schieden, dass dem Kloster der ihm früher zuerkannte Teil des Zehntens, dem Leutpriester Walther aber und seinen Nachfolgern der ruhige Besitz der Pfründe verbleiben soll. Auf Verletzung dieses Spruches werden 30 Mark als Strafe festgesetzt, für deren Sicherung Walther 10 Bürgen stellt.

Copie Bbb. 14.

Das Original befindet sich im Staatsarchiv Nidwalden.
Druck: Geschichtsfreund VIII. 254. — Regest: ibid. 275.

49.

1229. 24. November.

In Anbetracht der grossen Armut, woran das Kloster Engelberg seiner unwirtlichen Lage wegen beständig leidet, bestätigt der Bischof Conrad von Constanz demselben neuerdings die Hälfte des Kirchenzehntens von Stans und setzt mit Zustimmung und Rath des Leutpriesters Eberhard daselbst die im Jahre 1218 diesbezüglich gemachten Zehntgrenzen von Kirsiten bis zur Beinstrasse aufs Neue fest; dabei wird bedingt, dass der Leutpriester von Stans die Kirche in gutem baulichem Zustande zu erhalten und mit dem Kloster die bischöfliche Quart zu entrichten habe. Drei Originale, Bbb. VII. 1. 2. 3.

An allen drei Originalen, die von verschiedener Hand geschrieben sind, hängen die Siegel des Bischofs und seines Kapitels sehr gut erhalten, mit der Inschrift: † SCA . MARIA CONSTANTIENSIS ECCLIE. MATRONA.

Drucke: Geschichtsfreund VIII. 255. — Herrgott, gen. II. 236.
Regest: Versuch . . Engelb. Nr. 34.

50.

1232. 27. Januar.

Papst Gregor IX. bestätigt die Verfügung des Bischofs v. Constanz bezüglich der Theilung des Kirchenzehntens zu Stans.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Delictis filiis — — Abbati et Conuentui Monaste- | rii Montis Angelorum ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis salutem

et apostolicam benedictionem. Justis petentium | desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota que a rationis tramite non discordant | effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus incli- | nati, decimas quas in parochia ecclesie de Stannes de concessione Venerabilis fratris nostri — — Constantiensis | Episcopi loci diocesani Capituli sui accadente consensu, prout de iure spectabat ad ipsos canonice proponitis | uos adeptos, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, et in eiusdem Episcopi litteris dicitur, plenius contineri, | uobis, et per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio com- | munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu | temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei | et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Reate | VI. kl. februarii. Pontificatus nostri anno Quinto. | Orig. A. 9.

Das Bleisiegel hängt.

51.

1232. 12. Juni.

Die Aebte Wido von Kappel und Heinrich von Engelberg tauschen gegenseitig einige Besitzungen, die ihrer Entfernung wegen für beide Klöster weniger bequem gelegen waren, gegen besser gelegene aus. Kappel gibt seine Güter in Gundolzwile[1]), in Gotismanningen[2]) und in Eiche[3]) dem Kloster Engelberg; dieses dagegen tritt an jenes seine Besitzungen in Vinstirse[4]), Tachilshovin[5]) und Buochuneka[6]) ab. Orig. D. 7.

Die Siegel der beiden Aebte hängen wohlerhalten an der Urkunde.
Drucke: Geschichtsfreund VII. 157. — Urkundenbuch der Stadt und Landsch. Zürich, I. 351. —

---

[1]) Gunzwil, bei Münster, Ct. Luzern. — [2]) Gotsmänigen, Pfarrei Sempach, Ct. Luzern. — [3]) Eich, am Sempacher See, Ct. Luzern. — [4]) Finstersee, bei Menzingen, Ct. Zug. — [5]) Dachelsen, Pfarrei Mettmenstetten, Ct. Zürich. — [6]) Buchenegg, Pfarrei Stallikon, Ct. Zürich.

52.

1232. 12. Juni.

Uebereinkunft zwischen Abt Heinrich von Engelberg und dem Meister der Spitalbrüder in Hohenrain, in Betreff eines Kernenzinses, haftend auf der Mühle zu Leidenberg bei Sursee.

Orig. D. 47.

Das Siegel des Abtes ist gut erhalten; dasjenige des Meisters H. zur Hälfte abgefallen.

Druck: Geschichtsfreund XIV. 238.
Regest. ibid. 271. und XXVII. 350.

53.

1233. 11. Jan.

König Heinrich VII. überträgt die Beschützung der im Aargau gelegenen Güter des Klosters Engelberg seinem getreuen W. in Hochdorf.

H. dei gratia Romanorum rex et semper Augustus. Dilecto fideli suo, W. de hohdorf, gratiam suam | et omne bonum. Licet ex debito regie maiestatis, status omnium ecclesiarum, teneamur deo aucto- | re in prospero conseruare, illas tamen in quibus religio sancta cum sinceritate deuotionis laudabilius | perseuerat, celsitudinis nostre protectione specialius confouere, et uolumus et debemus. Cum igitur | Monasterium montis angelorum in quo utriusque sexus deuotio gloriose uirgini matri crucifixi iugiter | famulatur, fundatum plenaria libertate, in bonis suis nullum habere debeat aduocatum, | sic in nostris, et progenitorum nostrorum litteris, plenius est expressum, nisi quem a celsitudine | imperiali sibi petierint defensorem, et quamdiu idem expedit ipsi loco, mandamus tibi | sub optentu gratie nostre firmiter iniungentes, quatinus bona ecclesie memorate in Argogia | ne ab aliquo lacerentur, seu indebite distrahantur, quamdiu Dilecto fideli nostro, | abbati monasterii supradicti placuerit, et utilitas ipsius ecclesie id exposcat, auctoritate | nostra manu teneas et defendas. Mandatum nostrum adeo efficaciter exequens, et deuote, ut | per hoc nostrum meritum

augeatur, et nos super hiis possimus tuam diligentiam commendare. | Datum apud geilinhusin, III. Id. Januarii. Indictione VI. |

Orig. B. 7.

Vom königl. Siegel ist noch ein kleiner Rest übrig.

54.

1233. 10. Januar und 8. Mai.

Papst Gregor IX. beauftragt seinen Schreiber und Nuntius Philipp de Asisio mit dem Bezug des Peterpfennings (censum) in Deutschland. Letzterer bescheinigt dem Abte Heinrich den Empfang des Tributes, welchen das Kloster Engelberg dem apostolischen Stuhle für die vergangenen fünfzig und die kommenden zwanzig Jahre entrichtet hat.

Gregorius, Episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio magistro, Philippo. de Asisio, scriptori nostro salutem et apostolicam | benedictionem. Multiplicium negotiorum sollicitudinibus occupati, et si ad omnia iura sedis apostolice prosequenda | sufficere non possimus, ea tamen omittere non debemus cum nobis aliarum ecclesiarum generaliter curam habenti- | bus ecclesie Romane diligenciam specialem agere teneamur. Sinceram igitur de tua prudencia fiduciam obti- | nentes censum apostolice sedi in Allemannia debitum, discretioni tue committimus colligendum, per apostolica tibi scripta | mandantes, quatinus censum ipsum pro toto preterito tempore tibi facias nomine nostro persolvi, nisi litteras apostolicas, aut | camerarii nostri, uel alterius qui ad hoc auctoritatem habuerit super solutione uel remissione facta ab aliquo tibi contin- | gat ostendi. Contradictores siqui fuerint uel rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. | Datum Anagnie, quarto, Idus, Januarii, pontificatus nostri, anno, sexto.

Ego Philippus, domini pape scriptor | et nuncius, ut in premissis colligitur euidenter, a uobis domine H. (einrice) Abbas monasterii sancte Marie, montis ange- | lorum Constantiensis diocesis, quinquaginta aureos ad pondus Turicensis monete, sicut in uestro priuilegio continetur, | pro quinquaginta annis preteritis ostenso in priuilegio sub eodem tempore ab domino

Lucio, papa impetrato, et pro vigin- | ti annis futuris, viginti aureos eiusdem ponderis de censu apostolice sedi debito, me fateor recepisse, et monaste | rium ipsum pro prefato tempore de dicto censu denuncio absolutum. In cuius rei memoriam, presens scriptum sigilli proprii duxi | munimine roborandum. Datum Constantie, VIII. Idus, Maii, anno domini M.^{0}CC^{0}.XXXIII.^{0} Pontificatus domini Gregorii, pape, anno septimo. |

Orig. A. 35.

Das Siegel, an grün und rothen Seidenfäden hängend, ist unversehrt.

55.

1234. 18. Mai.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Engelberg in den apostolischen Schutz und bestätigt die vom Bischof demselben verliehene Rechtssame der Kirche zu Stans.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis . . Abbati et Conuentui Monasterii Mon- | tis angelorum ordinis Sancti Benedicti Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis | dignum et nos facilem prebere consensum, et uota que rationis tramite non discordant, effectu prose- | quente complere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis precibus inclinati, personas uestras et | Monasterium in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabi- | liter possidet, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Pe- | tri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem ecclesiam quam in parrochia de Stannes | ut proponitis venerabilis frater noster . . Constantiensis Episcopus loci diocesanus Capituli sui accedente consensu, | Monasterio uestro pia et prouida liberalitate concessit, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, uobis | et per uos ipsi Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. | Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, | uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indigna-

tionem omnipo- | tentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani, | XV. kl. Junii, Pontificatus nostri anno septimo. | Orig. A. 10.

Die Bleibulle hängt an roth und gelben Seidenfäden.

56.

1234. 25. Mai.

Abt Hugo von Murbach gibt dem Kloster Engelberg auf Bitten Cunos von Brienz und des Meiers zu Stans eine diesem zugehörende, an die Güter des Klosters stossende Wiese, gegen den jährlichen Zins eines Rosseisens zu Lehen. Orig. D. 17.

Das Siegel hängt wenig beschädigt.

Druck: Geschichtsfreund XIV. 239. — Regest. ibid. p. 271. Fontes rerum Bernens. II. 139.

57.

1235. 16. Januar.

Abtissin Judenta von Zürich thut dem Bischof Heinrich von Constanz kund, dass sie mit Zustimmung des Leutpriesters Rudolf die Hofstatt mit Speicher auf dem Kirchhofe in Cham dem Abte Heinrich von Engelberg gegen den jährlichen Zins eines Züricher Pfennings verliehen habe, und bittet ihn um Bestätigung dieser Uebergabe. Orig. D. 10.

Die Siegel des Bischofs und der Aebtissin sind vollkommen erhalten.

Drucke: Geschichtsfreund XIV. 240. — Urkundenbuch von Zürich, II. 1. Nr. 498.

58.

1235. 21. April.

Ritter Ulrich von Büttikon[1]) verkauft mit Zustimmung seines Sohnes Hartmann und seines Bruders in Gegenwart des Grafen Hartmann von Kiburg alle seine Besitzungen in Hunbrechtingen[2]) für 17 Mark Silber dem Kloster Engelberg unter Beifügung der Strafbedingung, dass, wenn er oder einer von

---

[1]) Filiale in der Pfarrei Vilmergen. — [2]) Huprechtigen, in der Pfarrei Nottwil.

seinen Erben den Kauf anfeinden und brechen würde, derselbe 30 Mark reinen Silbers an das Kloster zu entrichten habe.

Orig. D. 11.

Das Siegel des Stiftes Zofingen hängt wohlerhalten.

Drucke: Geschichtsfreund XIV. 240. — Urkundenbuch von Zürich, II. 2. Nr. 500. — Herrgott, Geneal. II. 250. Nr. 303.

59.

1235.

Johannes von Hiltesrein vergabt seine Wiese in Huprechtingen dem Kloster Engelberg und empfängt sie von diesem wieder als Erblehen um den jährlichen Zins eines Züricherschillings.

In Nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri, quod Ego Johannes de Hiltesrein. | intuitu diuine retributionis, et propter honorem gloriose dei genitricis Marie, predium meum in huprehtingin[1]) | contuli monasterio montis angelorum, et recepi iure hereditario, pro 1. solido monete Turicensis, dictum predium | ab ipso monasterio possidendum, ita tamen quod si me preter liberos decedere contigerit, ipsum predium ex | tunc cedat totaliter monasterio pretaxato. Preterea si vxorem meam Gertrudim nomine, post decessum | meum uiuere contigerit, ipsa predium pro solido qui annis singulis exinde prouenit, quamdiu uixerit pos- | sidebit, et post mortem eius ecclesie cedet montis angelorum, ut dictum est. Ut autem talis donatio robur ob- | tineat firmitatis, presentem paginam sigillo Reuerendi in christo Heinrici abbatis montis angelorum et meo | feci munimine roborari. Acta sunt hec anno gratie domini M.CC.XXXV. multis presentibus, quorum nomina sub- | notantur: Heinricus abbas montis angelorum, Cv̊nradus Capellanus suus, Heinricus de heidekke, Wal- | therus de littowa, milites, Cv̊nradus scultetus, Cv̊nradus de Swingrûbe, et alii quam plures. | Orig. D. 12.

Das Siegel des Abtes: die Mutter Gottes auf dem Thron und ein kniender Abt vor ihr, ist gut erhalten; an dem andern mit Armbrust und der Umschrift: † S. JOHANNIS DE HOC .... ist HDORF am Rande abgebröckelt.

---

[1]) Siehe Anmerkung 2 zur vorhergehenden Nummer 58

60.

1235. 22. September.

Abt und Convent von Engelberg kaufen einen Weinberg nebst zwei Parzellen Wald in Windgrabs und Rogget am Bielersee.

Abbas et Conventus de Monte Angelorum universis rei geste memoriam amantibus salutem et orationes in domino. Quia sepe cum tempore labuntur temporales hominum actiones, idcirco necesse est rei geste memoriam scriptis pariter et testibus eternari. Noverit ergo presens etas et futura posteritas, quod Heinricus venerabilis Abbas et Conventus de Monte angelorum emerunt a nobili viro Vlrico de Vlvingen[1]) accedente manu et consensu uxoris sue Diemut[2]) et filiorum suorum Vlrici et Berchtoldi, vineas in Windgrabs[3]) et in Rogget, cum duabus partibus nemoris, pro quadraginta novem marcis, cum plena et integra libertate, ut neque bannum nec aliquam servitutem teneantur domino reddere regionis. Factus et autem hic contractus publice coram domino Rudolfo de Novo Castro Landgravio, et fratre suo Vlrico, et multis aliis viris nobilibus et honestis, quorum nomina duximus in rei geste memoriam subscribenda: Petrus abbas herilacensis, Heinricus Capellanus suus, Vlricus plebanus de Tvanno, Chuno et Vlricus milites de Jegistorf, Folmarus de Ligirzo et Heinricus filius suus, Chuno de Tuanno, Burcardus de Tesson, Heinricus Castrensis de Biela. Acta hec sunt apud Tvanno, anno domini M.CC.XXXV. festo Mauricii et sociorum eius. Ut autem presentis pagine tenor in perpetuum maneat inconsussus, sigillis presentibus necesse duximus roborari, videlicet ipsius Vlrici de Vlvingen, domini Rudolfi Comitis de Novo Castro, domini Abbatis Erilacensis, Chunonis de Jegistorf, Rudolfi advocati de Jegistorf, Folmari de Ligirzo, Burcardi de Tesson. Copie Gg. 10.

Das Original befindet sich im Kirchenarchiv zu Twann, Ct. Bern. Drucke: Zeerleder, Urkunden der Stadt Bern, I. 298. Nr. 203. — Fontes rerum Bernens. II. 155. Nr. 141.

---

[1]) Ilfingen, bei Biel. — [2]) So bei Zeerleder, loco cit.; Zurlaubens Abschrift hat „Diemust“. — [3]) Jetzt Weingreis, Dörfchen in der Pfarrei

61.

1236. 18. März.

Papst Gregor IX. nimmt wie seine Vorgänger Calixt, Innocenz, Adrian und Lucius das Kloster Engelberg in apostolischen Schutz und bestätigt seine Privilegien und Besitzungen, von denen mehrere namentlich benennt werden.

Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monasterii sancte Marie de Monte Angelorum, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis. In perpetuam memoriam. | Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eaproptor dilecti in domino filii | uestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum felicis recordationis Calisti, Innocentii, Adriani et Lucii Romanorum Pontificum uestigiis inherentes prefatum Monasterium sancte Ma- | rie de Monte Angelorum Constantiensis diocesis in quo diuino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut | ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque | bona idem Monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino po- | terit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium est cum omnibus pertinentiis suis, | Ecclesiam de Stannes cum prediis et decimis quas bone memorie Conradus Constantiensis Episcopus Capituli sui accedente consensu uobis contulit intuitu pietatis, cum

---

Twann am Bielersee. In der Nähe sind einige Rebgüter, die Rogette heissen, wovon eines jetzt noch den Namen Engelberg trägt.

omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam Buoches cum predio suo. | Ecclesiam Wilare cum pertinentiis suis. Ecclesiam Affoltre. Ecclesiam Briens cum iuribus et pertinentiis suis. Decimas ab Einstrace usque Soranecke . Predium pirrols . Predia in Suytes . Chamo . Spreytinbach cum ecclesia Vrthorf . | Baltosweilere . Salemburron . Stallenchouen . Bowesteden . Asche . Starcholfeswinlere . Hedingen . Weinlere . Viweilere . Transmundinghem . Buzweilare . Adelweilare . Entilibouch . Berchem . Blizembouch . Heinsche . Otweilere . Vi- | ringen et Hutterewalt[1]) cum pertinentiis suis . Vineta in Crissiaco et Towanno[2]) et Windegrabs[3]) cum pertinentiis suis . Possessiones in Wolon . Vilmeringin[4]) . Chulimbare[5]) . Gundoswile[6]) . Ezwile[7]) . Bein-Wile[8]) . Mosheim[9]) . Vrswi- | le[10]) . Ebirsole . Rvty[11]) . Tuet-Wile[12]) . Gibilundflv[13]) . Eschibach . Oekeringim[14]) . Buetingin[15]) . Brunlon[16]) . Omindingin[17]) . Hiltinsriedin[18]) . Shofon[19]) . Chaltunerbirga[20]) . Berno[21]) . Emmun Walt[22]) . Ripprechswando[23]) . Sigboldingin[24]) . Vogilsperch[25]) . Adilwi- | le[26]) . Sempach . Eiche[27]) . Anhenrehdba[28]) . Herzinerlon[29]) . Bachtalun[30]) .

---

[1]) Die Bestimmung dieser vorstehenden Ortsnamen siehe Gesehichtsfreund XLIX. 250—251. Anmerkung. — [2]) Ebendaselbst, Seite 259 Anmerkung 1 und 4. — [3]) Siehe Anmerkung 3 zur vorhergehenden Urkunde Nr. 60, Seite 32. — [4]) Wohlen und Villmergen, Ct. Aargau. — [5]) Kulm, Ct. Aargau. — [6]) Gontenschwil, auch Gundischwil im Dialekt, Ct. Aargau. — [7]) Ist schwerlich Etzwil, Pfarrei Leuggern, sondern Zetzwil bei Gundiswil. — [8]) In der Pfarrei Reinach, Ct. Aargau. — [9]) Mosen, Pfarrei Aesch, Ct. Luzern. — [10]) In der Pfarrei Hochdorf, Ct. Luzern. — [11]) Pfarrdorf im Ober-Freiamt. — [12]) Klein Dietwil, im Ober-Freiamt. — [13]) Gibelflüh, Pfarrei Ballwil. — [14]) Öggeringen, Gmd. Eschenbach, Ct. Luzern. — [15]) Buetigen, Gmd. Eschenbach. — [16]) Bründlen, Gmd. Eschenbach. — [17]) Omelingen, Gmd. Hildisrieden. — [18]) Hildisrieden. — [19]) Schopfen, Gmd. Hildisrieden. — [20]) Herbrig, Gmd. Rain. — [21]) Bernhof, Gmd. Neuenkirch. — [22]) Emmenwald, Gmd. Neuenkirch, Ct. Luzern. — [23]) Rippertschwand, Gmd. Neuenkirch. — [24]) Sibenlingen, Gmd. Neuenkirch. — [25]) Voglisberg, Gmd. Neuenkirch. — [26]) Adelwil, Pfarrei Sempach. — [27]) Eich, Pfarrdorf am Sempacher-See. — [28]) Die vom Bischof Heinrich von Constanz vidimierte Copie hat „Anenrehuoba“, und sollte wohl heissen: „an einer Huoba“. Weiler, die Huoben oder Hueben genannt werden, hat es im Ct. Luzern in der Pfarrei Münster, in Grosswangen, Gunzwil. — [29]) Erzenerlen, Gmd. Ruswil, Ct. Luzern. — [30]) In der Bachthalen, Gmd. Nottwil, Ct. Luzern.

Archeko[1]) . Buchoholz[2]) . Butinsulze[3]) . Gattwile[4]) . Munchingin[5]) . In eyn Wile[6]) . Sylierbach[7]) . Mowinse[8]) . Churzwile[9]) . Wangin[10]) . Alberswile[11]) . Altelosofenhen[12]) . Reidin . Otwizingin[13]) . Esche[14]) . Hohdorf[15]) . Vttenhusen[16]) . Faffenwile[17]) . Trasmundingin[18]) . Lupinruty[19]) . Ekiswile[20]) . Oyon[21]) . Rodiswile[22]) . Bilo[23]) . Bohimgarton[24]) . Hasile[25]) Chegelsperch[26]) . Anderuti[27]) . Habeswanden[28]) . Indemmose[29]) . Shullon[30]) . Tuheruneka[31]) . Wischiliwe[32]) . Schotis[33]) . Wispach[34]) . Madolwile[35]) . Faffena[36]) . Langenocho[37]) . Hebinchon[38]) . Wilberch[39]) . Wininchon[40]) . Grenechon[41]) . Chotwile[42]) . Egolswile[43]) . Rodolswile[44]) .

---

[1]) Ober-Arig, Gmd. Nottwil. — [2]) Buholz, Gmd. Ruswil. — [3]) Buttisholz, Ct. Luzern. — [4]) Gattwil, Gmd. Buttisholz. — [5]) Müningen, grosser Bauernhof mit Getreidemühle, Pfarrei Sursee. — [6]) Dieses Wil ist der gleiche Ort, der im Einsiedler-Urbar, Geschichtsfreund XLVII, Seite 18, Zeile 28 und 32 angeführt ist. Es ist der noch bestehende Hof bei der Kirche Maria-Zell zu Sursee. Der Name Wil wurde durch den Namen Maria-Zell verdrängt. Dabei lag der Hof Spizzenbühl, welcher Name ebenfalls verschollen ist. — [7]) Schlicrbach, Pfarrei Büren, Ct. Luzern. — [8]) Mauensee, Pfarrei Sursee. — [9]) Verschollener Ortsname. — [10]) Gross-Wangen, Ct. Luzern. — [11]) Im Amt Willisau. — [12]) Altishofen, Ct. Luzern. — [13]) Otmarsingen, dial. Otmisingen, Bez. Lenzburg. — [14]) Aesch, im Amt Hochdorf, Ct. Luzern. — [15]) Hochdorf. — [16]) Ottenhusen, Pfarrei Hochdorf. — [17]) Pfaffwil, Pfarrei Inwil. — [18]) Traselingen, Gmd. Neudorf, Ct. Luzern. — [19]) Lippenrüti, Pfarrei Neuenkirch, Ct. Luzern. — [20]) Eggerswil, Gmd. Nottwil. — [21]) Ey, Gmd. Nottwil. — [22]) Rottertschwil, Gmd. Emmen, Ct. Luzern — [23]) Bil. Gmd. Ruswil. — [24]) Baumgarten, Gmd. Entlebuch. — [25]) Hasli im Entlibuch. — [26]) Keglisberg, Gmd. Hasli im Entlibuch. — [27]) Wahrscheinlich Rütmösli im Schulkreis Habschwanden. — [28]) Habschwanden, Gmd. Hasli, Entlibuch. — [29]) Wahrscheinlich Moos, Gmd. Doppelschwand. — [30]) Schülen, Gmd. Willisauland. — [31]) Twerenegg, Gmd. Menznau, Ct. Luzern. — Im Rodel steht „Twerunecke“. — [32]) Offenbar verschrieben statt „Wischiswile“ = Wüschiswil, Gmd. Grosswangen, Ct. Luzern. — Im Rodel: „Wisciswilare“ — [33]) Schötz, im Amt Willisau. — [34]) Fischbach, Gmd. im Amt Willisau. — Die vidim. Copie hat „Vischpac“. — [35]) Madiswil (im Rodel: „Madolswile“), Gmd. im Amt Aarwangen, Ct. Bern. — [36]) Pfaffnau, Ct. Luzern. (Copie: Pfaffena.) — [37]) Langnau, Gmd. im Amt Wilisau. (Copie: Langenowo.) — [38]) Soll heissen Nebinchon statt Nebikon, Eisenbahnstation. — [39]) Wellberg, Gmd. Schötz. — [40]) Winikon, Gmd. im Amt Sursee. — [41]) Gränichen, Gmd. im Ct. Aargau. — [42]) Kottwil, Pfarrei Ettiswil, Ct. Luzern. — [43]) Egolzwil, Gmd. im Amt Willisau. — [44]) Das obige Rottertschwil oder Rüediswil, Gmd. Ruswil.

Breitinrieth[1]) . Triehingin[2]) . Burron[3]) . Matten[4]) . Riprechtingin[5]) . Trasmedingen[6]), cum pratis, uineis, terris, | nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano[7]), in aquis et molendinis, in uiis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum que propriis manibus aut sumptibus | colitis de quibus aliquis hactenus non percepit siue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et absolutos e se- | culo fugientes ad conuersionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia, nisi | arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit | liceat uobis clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. In parrochialibus | uero ecclesiis quas habetis, liceat uobis sacerdotes eligere et diocesano Episcopo presentare, quibus si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, uobis uero de temporalibus debe- | ant respondere. Ad hec libertates et immunitates, nec non et antiquas et rationabiles consuetudines, tam in eligendo Aduocato quam in allis monasterio uestro concessas et hactenus obseruatas | ratas habemus, et eas futuris temporibus illibatas manere sancimus. Auctoritate apostolica quoque nichilominus duximus

---

[1]) Unbekannt, vielleicht Ried, Gmd. Menznau. — [2]) Triengen, Ct. Luzern. — [3]) Büren, Ct. Luzern. — [4]) Vielleicht Matt, Gmd. Menznau oder Matt, Gmd. Ruswil. — [5]) Unbekannt, ob Rippertschwand, Gmd. Neuenkirch? — [6]) Wie oben Anmerkung 48, Traselingen. — [7]) Zu diesem Ausdruck „in bosco et plano“ gibt Neugart (Episc. Constant, II. 534 Anmerk. 15) die Erklärung: In chartis Alemannicis dicitur „ze holze und ze velde“, d. h. In Wald und Feld. —

Die Bestimmung aller dieser im Original entstellten Ortsnamen verdanken wir der gütigen Mitteilung des Herrn Professors **Jos. Leop. Brandstetter** in Luzern.

prohibendum, ut nullus Advocatus locum ipsum uel que ad eum pertinent gra- | uare, seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare presumat, sed hiis que antiquitus sibi concessa sunt et ad iustitiam suam pertinent contentus existat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse | decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum | ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros fuerint ordines promouendi et cetera ecclesiastica sacramenta | a diocesano suscipietis Episcopo siquidem catholicus fuerit, et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet succes- | sorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. | Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia inte- | gra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesani Episcopi canonica iustitia et in predictis decimis moderatione concilii ge- | neralis. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte protectionis unum aureum ponderis Turicensis monete nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre con- | stitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existe- | re de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Chrlsti aliena fiat

atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco | sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. |

Symbol.: Fac mecum domine signum in bonum. — Monogr.

Gregorius catholice ecclesie episcopus.

† Ego Thomas tituli sancte Sabine presbyter Cardinalis. SS. (subscripsi.)
† Ego Johannes miseratione diuina tit. S. Praxedis pbr. Cardinal. SS.
† Ego Luifredus tit. S. Marci pbr. Card. SS.
† Ego Synibaldus tit. S. Laurentii in Lucin. pbr. Card. SS.
† Ego Johannes Sabinensis Episcopus. SS.
† Ego Jacobus Tusculanus Episcopus. SS.
† Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrensis Episcopus SS.
† Ego Rainerus S. Marie in Cosmidin Diaconus Cardinalis. SS.
† Ego Egidius sanctorum Cosme et Damiani Diaconus Card. SS.
† Ego Oto sancti Nicolai in carcere tulliano Diaconus Card. SS.

Datum Viterbii per manum Magistri Guilhelmi sancte Romane ecclesie Vicecancellarii XV. kl. Aprilis. Indict. VII. Incarnationis dominice anno M.CC.XXXVI. Pontificatus uero domni Gregorii Pape VIIII. anno nono. Orig. 73/60 cm. — A. 11.

Die Bulle an roth und gelben Seidenschnüren.
Druck: Neugart, Episc. Const. II. 533. Nr. XIII.

Copia vidimata Heinrici Eipisc. Const., in qua locorum nomina minus corrupta leguntur:

H(einricus) dei gratia Constantiensis Episcopus omnibus presencium inspectoribus salutem in domino. Priuilegium Venerabilibus in christo Abbati et Conuentui Montis Angelorum a summo pontifice beate memorie Gregorio concessum, | diligenter inspici, et de uerbo ad uerbum, ad eorum preces conscribi, et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Cum ipsis periculosum sit ipsum originale ducere per terras, quod saltem

per hoc nostrum | transcriptum tenorem Priuilegii quibus oportunum fuerit ualeant declarare. Est autem tenor Priuilegii talis: |

Gregorius episcopus seruus seruorum dei . etc. . . . ut supra.

Sigillo caret. Ad A. 11.

62.

1236. 11. Juli.

Gütertausch zwischen den Edlen Heinrich und Marchward von Grünenberg und dem Kloster Engelberg.

Heinricus et Marchuardus fratres nobiles de Grůneberc[1]). Vniuersis presentem paginam inspecturis, | rei geste noticiam. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, scripturarum beneficio perennantur. | Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam posteri, quod nos predia nostra que habuimus in Surse et in | Wilere[2]), ad peticionem Heinrici abbatis et Conuentus Montis Angelorum, pro prediis quibusdam, In Vischibach, | et in Chotwilere[3]), ad dictum monasterium tunc spectantibus, cum omni iure commutauimus, ita tamen | quod nos et filii nostri siue heredes Warandi[4]) debemus esse concambii huiusmodi, aut XL marcas, puri | argenti, persoluere monasterio pretaxato. Si uero Abbas uel Conuentus prelibatus factum tale postmodum | infringere uoluerit prescriptam argenti pecuniam nobis tenebitur persoluere. Vt autem factum | huiusmodi robur obtineat firmitatis, Heinrici Abbatis Montis Angelorum, nostri, et Heinrici de heidecke, fe- | cimus presentem paginam sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec anno domini M.CC.XXXVI. | in villa que Mowense nuncupatur, V. Idus Julii . multis presentibus, quorum nomina subnotantur: | Heinricus Abbas Montis

---

[1]) Grünenberg, ehem. Burg und Stammsitz der edlen gleichen Namens, in der Pfarrei Melchnau, Kt. Bern. — [2]) Note 6. pag. 35.

[3]) Fischbach und Kottwil im Amte Willisau.

[4]) Warandia = cautio, evictio. Warandi, Leute, die Gewähr- und Bürgschaft leisten.

Angelorum . Cvnradus Capellanus suus . Cvnradus prepositus . Heinricus de Heidec- | ke . Waltherus de Rorebach . Volricus de Scheinchon . Arnoldus de Leidenberc . et alii quam plures. |

Orig. D. 24.

Die Siegel des Abtes und Heinr. von Heidegg hängen unversehrt (letzteres abgebildet im Geschichtsfreund II. Tab. I. Fig. 1.); das der Edlen von Grünenberg ist zur Hälfte abgefallen.

63.

1236. 19. Oktober.

Abt und Convent von Engelberg kaufen von den Erben des Edlen Berthold von Eschenbach einen Hof in Hunwil unter gewissen Bedingungen, die von deren Vormund, Ulrich von Schnabelburg, einzuhalten sind.

Vniuersis christi fidelibus, Henricus, miseratione diuina Abbas et Conuentus Montis Angelorum, cum orationibus noticiam rei geste. Quoniam singulis fragi- | lis est memoria nec rerum turbe sufficit ea que geruntur in tempore scripturarum consueuerunt beneficio perennari. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, | quod nos curtem in Hunwilere[1]), quam Bertoldus uir nobilis de Eschibach cum omni integritate, iure pleno, et libere possedit, proprietatem eiusdem cum omnibus perti- | nenciis suis et iuribus spectantibus ad eandem, sicut idem eandem habuerat iure pleno pro tempore uite sue, a dicti nobilis heredibus, pro XXXVI. marcis, ecclesie | nostre comparauimus, perpetuo cum omni proprietate et iure possidendam. Cum autem dicti heredes fuerint infra annos, et fructus ipsius curtis uxor defuncti percipere debuisset, pro tempore | uite sue, ne contractum huiusmodi fraus posset aliqua uiciare, in emptione talis adhibita est cautela. Volricus nobilis de Snabelburc[2]), heredum tutor nobis curtem me- | moratam pleno iure tradidit nomine eorumdem. Ad hec Volricus nobilis memoratus usque ad pentecosten efficaciter promouebit, quod uxor defuncti prelibati, ius quod habet in ipsa | curte, filiis suis tradet, et ipsi

---

[1]) „Huwil", Pfarrei Römerswil. Vergl. Anmerkung 3 im cit. Urkundenbuch von Zürich.

[2]) Schnabelburg, Pfarrei Melchnau im Amt Aarwangen, Ct. Bern.

heredes cum omni iure quod eis competit in eadem, curtem prelibatam cum omni integritate et iure conferent monasterio nostro et beate Marie virgini gloriose. Alioquin | ipse et obsides infra scripti se in Lucerna sub uinculo obstagii presentabunt, inde nullo modo recessuri, nisi omnibus predictis fideliter expeditis, uel LX. marcis nostre ecclesie persolutis. Preterea | processu temporis cum heredes sepedicti legitime etatis fuerint et factum ipsorum robur debitum et iuris uigorem secundum iusticiam sortietur, idem Volricus nobilis fideliter et efficaciter procurabit, quod | heredes ipsi donationem predictam iterabunt et ratam habebunt, nullo fraudis obstaculo interiecto. Maiore autem heredum in etate legitima constituto, idem pro obsidibus infrascriptis, alios sub eius- | dem obstagii forma obsides nostre ecclesie assignabit, quousque heredes ceteri ad etatem legitimam ualeant peruenire, qui similiter donationem prius factam monasterio nostro iterantes confirmabunt, prout | ecclesie nostre necessitas id exposcit, uel obsides antedicti remanebunt secundum formam que superius est expressa. Insuper quia curtis eadem Heinrico et Volrico, fratribus de Hunwilere, tempore contractus | fuerat obligata, idem nobilis eamdem usque ad festum sancti Andree, a dicto Heinricio procurabit absolui eodem ius quod sibi in eadem competit in manu nostra resignante. Volrico uero ultra mon- | tes existente, postmodum reuerso ad terram nostram iddem (sic) procurabitur apud ipsum, ut idem cedat iuri in manus nostras infra mensem, quod sibi competebat in curia memorata. Alioquin obsides subnota- | ti in loco prelibato se presentabunt sub forma pretaxata. Procurabit etiam Volricus nobilis antedictus, quod Waltherus frater suus qui tempore emptionis fuerat ultra montes, reuersus prescripto obstagio | se astringet. Forma quoque obstagii et omnium predictorum iuramento prestito ab ipsis obsidibus est uallata. Hec sunt nomina obsidum: Volricus et Waltherus fratres de Snabelburc, Marchuardus de Roten- | burc, Volricus de Rusecke, Wernherus et Gotfridus de Ifental, Heinricus de Heidecke, Hartmannus de Baldecke. Vt autem factum huiusmodi non possit ab aliquibus in dubium reuocari, presentem |

paginam Turicensis et Lucernensis ecclesie et ipsorum obsidum sigilla habentibus (sic)[1]), sigillis uoluimus communiri. Acta sunt hec apud pontem Emmon[2]), anno gracie domini M.CC.XXXVI. XIIII. | kal. nouembris, multis presentibus, quorum nomina subnotantur: Cv̊nradus capellanus noster, Cv̊no plebanus Lucernensis, Volricus plebanus de Rota, Hartmannus de Iberc, Volricus de Wangen, | Waltherus de Littowa, Waltherus de Hunwilere, Johannes de Hiltesrieden, Heinricus et Burchardus de Maltres, et alii quamplures. | Orig. D. 34.

Die Urkunde ist mit sieben Siegeln versehen, wovon zwei etwas beschädigt, die andern wohl erhalten sind.

Drucke: Neugart, Epc. Const. II. 534. — Urkundenbuch, Zürich II. 6. Nr. 505.

Regest: Versuch, Engelberg, p. 141. Nr. 48.

64.

1237.

Arnoldus advocatus de Rotenburg donat pratum prope ripam Montis Angelorum, quod Waltherus etc. . de Twerebold ab illo in feudum habuit, pleno jure cum illi acceptis 18 libris resignarint, Heinrico Abbati et monasterio Engelbergensi, anno 1237.

Litteræ orig. perierunt. Regest Gg. I. 10. Nr. 5.

65.

1238. 17. März.

Abt Arnold von Murbach gestattet den Gotteshausleuten von Luzern Erblehengüter, die sie in oder ausserhalb der Stadt besitzen, an das Kloster Engelberg zu veräussern, mit Ausnahme solcher, von denen der Fall[3]) entrichtet werden muss. Der Abt von Engelberg und nach dessen Tod sein jeweiliger

---

[1]) Statt „habentium“. — [2]) Emmenbrücke. — [3]) Val, Fall (mortuarium oder capitale) wurde die Abgabe genannt, welche beim Tode eines Lehenträgers dem Lehenherrn entrichtet werden musste, und im besten Stück Vieh oder Kleide bestund.

Nachfolger hat die Pflicht, dergleichen erworbene Güter wiederum gegen Entrichtung von 20 Schillingen aus der Hand des Probstes von Luzern zu empfangen. Orig. D. 18.

Das gut erhaltene Siegel trägt die Umschrift: S. Gubernatoris Ecclesie Morbacensis.

Druck: Geschichtsfreund, II. 161. — Regest: ibid. p. 234.

66.

1238. 22. Juli.

Ritter Hartmann von Baldegg übergibt dem Kloster Engelberg ein Stück Land von seinem Gute in Gibelfluh unter gewissen Bedingungen.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum inspecturis. Hartmannus miles de Baldecke, rei geste | noticiam. Nouerint uniuersi tam presentes quam posteri, quod ego hartmannus una cum vxore mea et | liberis, contuli monasterio montis angelorum ob reuerenciam dei et gloriose virginis Marie dimidium | mansum[1]) predii mei in villa Giblonfluo[2]) ita tamen quod tempore uite mee annis singulis de predio me- | morato, 1. solidum Turicensis monete persoluam monasterio pretaxato. Cum autem diem extremam michi | claudere contigerit, heredes iure hereditario succedentes, prefato monasterio persoluent annis singulis | de eodem predio unum fertonem[3]) puri argenti, uel XII. solidos et VI. denarios, monete Turicensis que | tunc datiua[4]) extiterit. Vt autem factum huiusmodi feliciter inchoatum robur obtineat firmitatis, | presens scriptum sigillo, Comitis Alberti, de habisburc, et meo, feci communiri. Acta sunt hec, Baldecke, | coram comite Alberto prescripto, anno gratie domini M.CC.XXXVIII. XI. kalend. Augusti, multis pre- | sentibus quorum nomina subnotantur: Heinricus, Abbas montis angelorum, Cv̊nradus capellanus su- | us, Marchuardus de Baldecke, Heinricus de

---

[1]) mansus = eine Hube oder Hufe Land, 40 Jucharten haltend. (Vögeli, d. a. Zürich.) — [2]) Gibelflüh, Weiler in der Pfarrei Ballwil, Ct. Luzern. — [3]) ferto = der vierte Theil einer Mark. — [4]) dativa, scl. moneta = gangbare Münze.

heidecke, Hartmannus de Baldewilere, Waltherus filius | suus, petrus et Cvnradus de hohtorf, Arnoldus minister, Wernherus de Ripreswilere et alii | quam plures. | Orig. D. 25.

Die Siegel fehlen.

67.

1238. 13. August.

Der Edle Walther von Wolhusen verkauft dem Abte Heinrich und Convent in Engelberg eine Hube (mansum) zu Hoken, Gemeinde Rothenburg, mit allen Rechten und Eigenleuten, und verpflichtet sich, 30 Mark zu zahlen, falls seine noch minderjährigen Kinder später das Kloster belästigen oder diesen Verkauf aufheben sollten. Orig. D. 35.

Alle drei Siegel sind vollkommen erhalten.

Druck: Geschichtsfreund, XVII. 67.

68.

1239. 23. Mai.

Das Gotteshaus Engelberg kauft von den Söhnen Berchtolds von Eschenbach ein Gut zu Hocken für 16 Mark, nachdem die Mutter auf ihren lebenslänglichen Nutzniess Verzicht geleistet hatte. Die Vormünder Ulrich und Walther von Schnabelburg haben für Genehmigung und Aufrechterhaltung des Kaufes seitens der Söhne nach ihrer Volljährigkeit mit 30 Mark Silber Bürgschaft zu leisten. Orig. D. 36.

Die 4 Siegel, mit Ausnahme des ersten, sind gut erhalten.

Drucke: Geschichtsfreund, X. 256. — Urkundenbuch von Zürich, II. 27. Nr. 525.

Regest: Neugart, Ep. Const. II. 211. — Engelb. Vers. 142. Nr. 42.

69.

1240.

Das Kloster Engelberg trat an Kappel ein Gut in Finstersee tauschweise ab[1]). Auf die Beschwerde der Bebauer dieses

[1]) Vergl. die Urkunde vom 12 Juni 1232, oben Nr. 51.

Gutes über Beeinträchtigung, indem sie Erbanspruch auf dasselbe geltend machten, vermitteln deren Vögte Walther von Hünenberg und sein Sohn Peter eine beiden Parteien genehme Vereinbarung, wonach das Kloster den genannten Leuten eine Entschädigung zu entrichten hatte. Orig. D. 9.

Es hängen noch die Siegel Ulr. von Schnabelburg und Heinr. v. Heideck.

Drucke: Geschichtsfreund XX. 303. — Urkundenbuch von Zürich, II. 48. Nr. 547. — Regest: Engelberg, Vers. 142. Nr. 53.

70.

1240.

Graf Rudolf von Rapperswil urteilt, dass der Abt von Engelberg mit den Bebauern des ans Kloster Kappel ausgetauschten Gutes in Finstersee, auf welches dieselben Erbansprüche erhoben, mit einer bestimmten Summe sich abzufinden habe. Orig. D. 8.

Der Rand des Siegels mit der Umschrift beschädigt.

Drucke: Geschichtsfreund XX. 304. — Urkundenbuch von Zürich, II. 47. Nr. 546. — Herrgott, geneal. II. 261. Nr. 318.

71.

1240.

Graf Rudolf von Habsburg bestätigt dem Gotteshaus Engelberg den Tausch seines Vaters Rudolf sel. um Güter an der Beinstrasse (Grafenort) gegen Güter in Sarnen (1210), und verzichtet aus Verehrung der seligsten Jungfrau und Mutter des Gekreuzigten zu Gunsten des Klosters auf die Rechte und Gerichtsbarkeit über Land und Leute daselbst[1]). Orig. D. 31.

Beide Siegel etwas beschädigt.

Drucke: Geschichtsfreund XII. 196. — Herrgott, geneal. II. 260.

72.

1240.

Ludovicus, comes de Froburg, ejusque filii Hermannus, Hartmannus et Rudolfus, nec non fratris sui filius Ludovicus,

---

[1]) Vgl. die 2 Urkunden v. Jahre 1210 im Geschichtsfrd., IX. 199 u. 200.

bona, quæ eorum ministeriales Arnoldus et Hesso de Burron, intra limites Beinstrasse in loco, qui dicitur Ottninge et in Büele[1]), monasterio Montis Angelorum ob matrem Crucifixi contulerunt, confirmant[2]). Regest. D. 14 ex libr. Copiar. I. p. 203.

Litteræ orig. incendio 1729. interierunt.

73.

1240. 10. März.

Freiherr Walther von Wolhusen verkauft dem Gotteshause Engelberg seinen Hof Huoben und verhürgt sich dem Kloster für Aufrechterhaltung des Kaufes mit 80 Mark. Für seine noch minderjährigen Söhne steht dessen Bruder Marquard gut.

Waltherus Nobilis de Wolhusen. Vniuersis presens scriptum inspecturis, noticiam rei geste. Que geruntur in tempore ne laban- | tur cum tempore, scripturarum beneficio perennantur. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, quod nos Curtem Hvbon cum omnibus | appendiciis et iure pleno quod habuimus in eadem, venerabili in christo Heinrico Abbati et monasterio Montis Angelorum, pro XLVIII. marcis | uendidimus, renunciantes omni iuri quod nobis competebat in eadem. Ad hec ut monasterium antedictum nullam uexationem uel cauillatio- | nem in posterum possit pati, ego Waltherus, Oudilhilt vxor mea, Arnoldus et Wernherus, filii mei Curtem antedictam cum omni liber- | tate et proprietate, venerabili in christo H. abbati et monasterio prelibatis, libere tradidimus et donauimus cum omni integritate et sine alicuius | contradictione perpetuo possidendam. Verum quia liberi nostri tempore contractus fuerant infra annos, indempnitati ipsius monasterii pro- | uidens, juraui promouere, corporali prestito juramento, ut ijdem liberi mei postquam ad annos peruenirent pubertatis, eandem donationem | faciant et factam ratam habeant, difficultate qualibet non obstante . frater quoque meus, Marchuardus, si infra terminum

---

[1]) Ottninge, auch Ottnei, ietzt „Mettlen“ genannt, und Büelen auf linker Seite der Aa im Grafenort gelegen.

[2]) cfr. Regest. Nr. 34. de anno 1211, supra.

pubertatis fili- | orum me continget mori, secundum eandem formam ut id apud filios meos promoueat prestitit juramentum. Vt etiam eidem monasterio a | maliciosis cauillationibus heredum uel quorumlibet aliorum plenius in posterum caueatur, ego, Waltherus cum vxore et liberis pretax(a)tis, de | consensu et uoluntate fratris mei Marchuardi, eandem Curtem pro LXXX. marcis argenti eidem Monasterio obligaui. Vt autem factum huius- | modi robur obtineat firmitatis, presentem paginam fecimus Capituli Beronensis ecclesie, fratris nostri Marchuardi, et nostri, sigillorum muni- | mine roborari. Acta sunt hec in Castro, Wolhusen, Anno domini M.CC.XL. VI. Iduum Martii multis presentibus quorum nomina | subnotantur. Cv̊nradus Capellanus . Cv̊nradus prepositus de Monte Angelorum . Cv̊no plebanus Lucernensis . Arnoldus plebanus de Entlibůch. | Oliuerus Scolasticus Lucernensis . Hesso de Apholtren . Johannes de Buttinchon . Rv̊degerus de Buttesulz . Rv̊dolphus gudere . Arnoldus | dapifer . Volricus de Rudiswiler . Waltherus de Barre, milites, et alii quam plures. | Orig. D. 37.

Alle drei Siegel sind gut erhalten.

74.

ca. 1240.

Ritter Ulrich von Wangen vergabt dem Kloster Engelberg ein Gut in Alikon und empfängt es wieder als Lehen von demselben.

Notificamus tam presentibus quam superuenientibus, quod Oulricus miles de Wangin[1]) sancte | dei genitricis semper uirginis M a r i e monasterio in monte Angelorum pro sua suorumque salute pre- | dium in Alinchon[2]) soluens porcum ualentem V. solidos simul cum aduocatia plenarie | contradidit . quod ipse ab Heinrico in presentiarum nostro abbate[3]) . ea conditione ut nullus here- | dum suorum post se aliquid ius in eo habeat . et ut ipse annuatim inde solidum persol- | uat . concessione

---

[1]) Grosswangen, Ct. Luzern. — [2]) Aliken, in der Pfarrei Sins, Ct. Aargau. — [3]) Heinricus II., Arnold, 1224—1241.

complacita suscepit . Huius rei testes sunt Rŏdolfus lantcrauius de Habes- | bvrch . Oulricus de Attinginhus . Waltherus de Littowo . Wernherus et heinricus | de Bŏches . Diethelmus et heinricus pincerne de Habesbvrch . hermannus de Bŏch[1]) (sic .) Ovlricus ipse dator predii . et allii quam plures. |

Orig. D. 20.

Das herzförmige, auf dem Rücken der Urkunde sich befindliche Siegel mit aufrechtstehendem Löwen und der Umschrift: † SIGILL . RVDOLFI COMITIS DE HABISPVRCH LĀTCRAVII ALSACIE . ist gut erhalten.

Druck: Herrgott, geneal. II. 262. Nr. 319.

75.

ca. 1240.

Ulrich von Schönenwerth übergibt dem Kloster Engelberg ein Gut in Birmensdorf und empfängt es wieder zu Erblehen.

Notificamus tam presentibus quam superuenientibus, quod Oulricus de Schoninwerd sancte dei geni- | tricis semper uirginis Marie cenobio in monte Angelorum pro sua suorumque salute predium | in Birbovmisdorf[2]) soluens modium tritici, simul cum aduocatia plenarie contradidit, quod ipse ab | Heinrico in presenti nostro abbate, ea conditione ut nullus heredum suorum post se aliquid ius in eo | habeat, et ut ipse annuatim inde sex nummos persoluat, concessione complacita suscepit. | Huius rei testes sunt: Rŏdolfus lantgrauius de Habesbvrch . Oulricus de Attinginhvsin . | Waltherus de Littowo . Wernherus et Heinricus de Bovches . Diethelmus et Hein- | ricus fratres pincerne de Habesbvrch . Hermannus de Bovch (sic) . Oulricus ipse do- | nator predii . et alii quam plures . |

Orig. D. 22.

Das gleiche Siegel wie an der vorhergehenden Urkunde.

Drucke: Herrgott, Geneal. II. 262. Nr. 320. — Urkundenbuch Zürich, II. 46. Nr. 545. —

---

[1]) Bouches = Buochs, Nidwalden.

[2]) Birmensdorf, im Ct. Zürich. Unweit davon, bei Schlieren, an der Strasse von Zürich nach Baden, auf dem linken Limmatufer, stand das Schloss der Edlen von Schönenwerth.

76.

1235—1241[1]). 28 März.

Bischof Heinrich von Constanz nimmt auf Bitten des Abtes Heinrich II. das Kloster Engelberg mit Personen und Besitztum, insbesondere auch gegen solche in Schutz, welche dessen Güter unter dem Titel des Erblehenrechtes sich anzueignen trachten[2]).

H.(einricus) dei gratia Constantiensis Episcopus, omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in salutis auctore. Licet ex debito officii pastoralis | ridere cum ridentibus, flere cum flentibus teneamur, maiori tamen compassione Monasteriis in quibus crucifixus, et gloriosa uirgo honora- | tur cum obseruantia regulari, prodesse et preesse specialius quantum cum deo possumus, uolumus et debemus. Cum itaque Monasterium Montis | Angelorum, in quo utriusque sexus deuotio, gratum domino ut speramus impendit iugiter famulatum, sancte sedis Romane, et imperatorie Maiestatis Pri- | uilegiis taliter sit dotata, ut pro utilitate Monasterii sibi procuratores eligere liceat et mutare, et ad presens non habeant procu- | ratorem, sed priuilegio gaudeant ecclesiastice libertatis, nos reuerendi in christo, Heinrici Abbatis Monasterii prelibati precibus in- | clinati, ipsum Monasterium cum omnibus pertinentiis suis, tam personis, quam rebus, auctore domino, et uirgine gloriosa, sub nostra protec- | tione recipimus protegendum, presertim cum iidem cuilibet conquerenti coram nobis, iustitiam facere sint parati. Ad hec sententialiter du- | ximus exprimendum, ut si quis contendat super bonis Monasterii memorati, iure hereditario obtinendis, coram ipsius loci | abbate uel per priuilegia, uel per homines eiusdem monasterii, testes idoneos, et testimonium

---

[1]) Bischof Heinrich de Tann reg. 1235—1258. Abt Heinrich II. 1224—1241.

[2]) Vergl. Anmerkung 2 und 3 im Versuch . . Engelberg p. 115 und 90. — Neben andern Bedrängern des Klosters mögen wohl auch die Urner Veranlassung zum Erlass dieses bischöflichen Schutzbriefes gegeben haben; „ipsi namque sub Abbate Heinrico II. (1224—1241) contra monasterium nostrum propter alpes Surenen injuriose processerunt.“ — (Litt. de annis 1273, 1470 etc. aliaque acta de his alpibus.)

competens id conuincat, cum omnibus | Ecclesiis illud de iure communi sit concessum. Ut autem protectionis nostre pagina maioris obtineat roboris firmitatem, presens | scriptum sigilli nostri munimine decreuimus roborari. Datum Constantie, quinto, kl. Aprilis. | Orig. E.

Das bischöfliche Siegel ist sehr gut erhalten.
Druck: Versuch einer urkundlichen Darstellung Engelbergs, p. 115.

77.

ca. 1240.

Rudolf und Albert, Grafen von Habsburg, bestätigen die von ihrem Hofmeister Arnold dem Kloster Engelberg gemachte Vergabung eines Gutes zu Bellikon.

R. (udolfus) Comes de Habsburg, Langrauius Alsacie et Al. (bertus) frater eius, omnibus presens | inspecturis, notitiam geste rei. Cum ea que ab hominibus geruntur indigeant robore scrip- | turarum, ne gesta cum hominibus delabantur, notum facimus quod ratum habemus id quod legauit | noster dilectus Ar. (noldus), Dapifer Ecclesie in monte Angelorum que vulgariter Engelberch nominatur, aput | Bellichoven[1]) suum predium reddens tria frusta tritici annuatim pro suorum peccaminum releuatione | nec non suorum genitorum cum aliis sibi deuotis . hanc presentem cedulam nostrorum sigillorum ad huius rei certitudi- | nem munimine roborantes. | Orig. D. 21.

Die Siegel der Grafen beschädigt, das des Hofmeisters gut erhalten.
Druck: Herrgott, Geneal. II. 362. Nr. 439.

78.

1241. 11. Juni.

Ludwig, Graf von Froburg, vergabt dem Kloster Engelberg zwei Wiesen zu ewigem Besitztum.

Ludovicus dei gratia comes de Vroburg. Universis presens scriptum inspecturis rei geste noticiam. Que geruntur in

[1]) Bellikon, Schloss und Dörfchen in der Pfarre Rohrdorf, Ct. Aargau.

tempore ne labantur cum tempore, scripturarum beneficio perennantur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod nos de consensu filiorum nostrorum Hartmanni, Hermanni, Rudolfi, et Ludovici filii fratris nostri, uxoris quoque nostre accedente consensu duo prata, que ad nos et filium fratris nostri iure proprietatis pertinebant, quorum unum situm est ante claustrum, alterum prope Otenoie[1]), pleno iure contulimus monasterio Montis Angelorum perpetuo possidenda, omni cavillatione et contradictione cuiuslibet omnino cessante. Ut autem factum huiusmodi in posterum maneat inconcussum, presens scriptum nostri et A. gubernatoris ecclesie Morbacensis, Capituli quoque Zovingensis sigillorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in claustris Zovingen . anno domini M.CC.XLI. in die Barnabe apostoli, multis presentibus quorum nomina subnotantur . Wernherus Abbas . Cůnradus et Heinricus prepositi de Monte Angelorum . Heinricus et Bernerus canonici Zovingenses . Johannes et Ulricus fratres de Butichon . Gotfridus et Wernherus fratres de Ivendal . Heinricus de Malters civis lucernensis . Arnoldus advocatus de Rotenburg et alii quam plures. Copie Gg. 13.

Autographum anno 1729 combustum est.

79.

1241.

Die Lehenträger[2]) am Niederberg (Grafenort) verzichten nach ängerer Beeinträchtigung des Gotteshauses freiwillig auf ihre vermeintlichen Rechte und geloben unter Bannesstrafe dem Kloster die Güter frei zu lassen. Sie bitten Abt und Convent um Verzeihung des zugefügten Unrechtes und verlangen den Bischof von Constanz, die Stadt Luzern, das Kloster daselbst und den Convent zu Engelberg als Siegler dieser Urkunde.

Es sollen wissen sowohl zukünftige als gegenwärtige, dass wir, da wir angesehen wurden einige Gerechtsamme zu haben,

---

[1]) Siehe Note 1. Seite 46.

[2]) Ueber die Aussteller dieser Urkunde schreibt unser Annalist P. Ild. Straumeyer, tom. I. 2. p. 235 et 237: „Hoc Instrumentum Majores nostri fratribus Stangeline dictis attribuerunt, qui possessionem bonorum

in denen Güteren im thal Engelberg, welche Niderberc genennet werden, und wegen dieser das Closter oftermalss beschwähret haben, selbige endlich abgetretten und Marie der Glorwürdigen Jungfrauwen vergabet, opferen auch selbige auf samt allem Recht, mit Einwilligung unser Gemahlen und anderen Befreündten, dass das Closter sie ohne alle Wiedersprechung ewiklich frey besitzen solle. Wir haben auch diese Vergabung mit leiblichem Eide . . . .[1]) wann wir oder unsere Erben diesem unserem thun zuwieder handlen, sollen wir mit der that selbst in die Ungnad Marie der Glorwürdigen Jungfrauwen und in des Herrn Babsts, des Herrn Bischofs zu Constanz Excommunications- und Bahns-Urtheil fallen. Und dieses haben wir gethan freywillig, ohngezwungen, dass, wan wir gedachtem Clòster etwas Ungemach zugefügt, der Ehrwürdig in Christo Wernherus, der Zeit dieses Orts Abbt, aus Auctorität des Allmächtigen Herrn Jesu Christi und seiner glorwürdigen Mutter, samt seinem Convent uns verzeihe und barmherziglich für uns bitte. Diese Schrift haben wir begehrt mit den Sigillen des Ehrwürdigen in Christo Vaters Heinrici Bischofen zu Constanz, des Closters zu Luzern und derselben Statt, wie auch des Convents zu Engelberg befestnet zu werden. So beschechen zu Buochs anno 1241. und sind unter vielen anderen Zeugen gegenwärtig gewesen Waltherus Leutpriester zu Stans, Ulrich Capellan zu Buochs. Copie Gg. 12.

Das Original ging im Brande von 1729 zu Grunde.

---

in inferiore monte (scl. in loco Comitis) jure hæreditario, sed loco beneficii, tenebant, atque in permutatione illa anno 1210 facta, eadem bona coram Advocato et Domino suo Rudolfo 1. Habsburgi Comite publice in manus Abbatis Murensis resignabant, qui ea nomine nostri monasterii recepit . . . Sed quod, licet Stangelinis consentientibus, commutatio illa facta videretur cum eorum injuria et damno, a tempore dicti concambii anno 1210 usque ad annum 1241 dissidia nutrierunt. His compulsus Wernherus Abbas confirmationem concambii petiit et impetravit a Rudolfo Comite; dein auxilio Episcopi Const. contumaces fratres Stangeline ad cessionem huiusmodi perduxit, ut et sacramento eam firmarent, et, si resilirent, excommunicationis pœna se dignos publice confiterentur.“ — cfr. litt. de anno 1210. Geschichtsfrd. IX. 199 . 200. — item de anno 1240. Geschichtsfrd. XII. 196. — item litt. Ep. Const. 1235–1241. supra Nr. 76.

[1]) bekräftiget.

80.

1242. 23. April.

Arnold, Truchsess von Habsburg, verkauft sein Eigengut in Hasenberg dem Kloster Engelberg.

Vniuersis christi fidelibus. Arnoldus dapifer de Habisburch in perpetuum noticiam rei geste. Quoniam singulis fragilis | est memoria et ea que geruntur in tempore obliuionis caligine facile euanescunt, facta mortalium scripturarum beneficio conuenit | perennari. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, quod ego, Arnoldus dapifer, allodium meum quod habui in Hasenberch[1]), cum | omni iure et proprietate et pertinenciis suis, contuli gloriose virgini monasterii Montis Angelorum, venerabili in christo Wernhero, Abbati, et | Conuentui ipsius loci eorumque successoribus omni contradictione cessante perpetuo possidendum, vxore mea, et liberis, eandem traditionem mecum | facientibus monasterio memorato, XVIIII. marcis receptis ab eodem. Vt autem uendicionis huiusmodi contractus debiti roboris obtineat fir- | mitatem, eundem contractum per manus dominorum meorum, Rv̊dolphi, Alberti, et Hartmanni, fratrum Comitum de Habisburch placuit stabiliri, vt | sic omnis questionis scrupulus tolleretur. Ad hec ut predicta nostra venditio in posterum maneat inconcussa, cartam presentem predictorum dominorum meorum | Comitum de Habisburch, de Capella, et de Muren, Abbatum, sigillis fecimus roborari. Acta sunt hec, Wildecken[2]), Anno domini M.CC.XLII. | IX. kal. Mai, multis presentibus quorum nomina subnotantur: Heinricus prepositus de Monte Angelorum, Hartmannus plebanus de Stoufen, Heinricus senior et | Heinricus junior pincerne, Hartmannus de Wilo, Cv̊nradus de Arnei, Wernherus de Biedertan, milites, et Burchardus scultetus de Bremmegarton, et alii | quam plures.

Orig. D. 26.

Die Siegel Rudolfs von Habsburg und der Aebte von Muri und Cappe hängen gut erhalten.

Druck: Herrgott, Geneal. II. 265. Nr. 324.

---

[1]) Hasenberg, in der Pfarrei Eggenwyl, Bezirk Bremgarten.

[2]) Schloss Wildegg bei Lenzburg.

81.

1243. 24. August.

Conrad von Engelberg mit Gemahlin und Söhnen gibt alle vom Kloster empfangenen Erblehen diesem für 10 Züricherpfund zum freien Besitze zurück.

Vniuersis presens scriptum inspecturis. Cv̊nradus de Monte Angelorum salutem | et rei geste noticiam. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, scripturarum | beneficio perennantur. Nouerit igitur vniuersitas uestra, quod ego, et vxor mea Thilia | nomine necnon et liberi nostri, Rv̊degerus, Henricus, et Waltherus, omnia bona que a | monasterio Montis Angelorum iure feodotali habuimus, receptis a venerabili domino Wernhe- | ro, dei gratia Abbate et monasterio Montis Angelorum, X. lib. Turicen . resignauimus, et reliqui- | mus sine qualibet cauillatione, seu requisitione in posterum dicto monasterio, libere | possidenda. Insuper cessimus omni inquisitione quam aduersus dictum monasterium habuimus, | qualicunque fuerit ratione. Vt autem factum huiusmodi robur obtineat firmitatis, pre- | sentem paginam petiuimus, Monasterii Lucernensis, et Vniuersitatis de Vrania sigillorum | munimine roborari. Acta sunt hec in Curia Lucernensi, Anno domini M.CC.XLIII. IX. | kal. Septembris, multis presentibus, quorum nomina subnotantur. Wilhelmus prepositus, Wernherus | monachus, Magister. Cv̊no plebanus de Lucerna, Waltherus plebanus de Stannes, Waltherus | miles de littowa, Wernherus miles de Wugelislo, Waltherus minister de lucerna, Cv̊nra- | dus de Swingrv̊bon, Johannes de Hiltesrieden, Nicholaus villicus de Adelgeswile, Rv̊de- | gerus, Wernherus miles de Silenon, Waltherus et Burchardus schv̊phere, et alii quam | plures. Orig D. 48.

Die Siegel fehlen, doch sind noch Spuren davon sichtbar.

82.

1143—1178. (Docum. supra omissum.)

Abt Frowin von Engelberg gibt einem Heinrich von Sarnen eine Præbende, wogegen dieser dem Kloster ein Almosen zu seinem jährlichen Gedächtnistage verspricht.

Nouerint omnes fidelis, quia Frowinus Abbas consentientibus fratribus suis dedit Heinrico de Sarnon et uxori eius prebendam Monachi et Sororis, quocunque tempore ipsi uenerint ad eos, siue sint pauperes siue diuites. Ipsi quoque Fratres de Engilperch promiserunt predicto Heinrico, ut ubicunque mortuus fuerit, corpus eius deferant ad cellam suam, nisi aliqua potestas prohibeat. Et ut memoria eius agatur apud eos tam in Missis quam in aliis orationibus, quamdiu vivit. Heinricus uero promisit tantum de elemosinis suis predicte celle se conferre, quatinus in anniuersario eius omnes fratres et sorores refici possint[1]).

Copia ex annal. Straum. I. 79.

83.

1246. 22. August.

Conrad von Wädenswil verzichtet zu Gunsten des Klosters Engelberg auf die Vogtei über einen diesem Kloster gehörigen Hof von 12 Schupossen zu Hildisrieden und empfängt dafür vom Abte Wernher 18 Mark Silber. Er verpflichtet sich auch, die Interessen des Klosters nach Schuldigkeit des Rechtes zu wahren und lässt, damit später kein Streit über diesen Kauf entstehen könne, die Urkunde mit den Sigillen des Bischofs Heinrich von Constanz, des Edlen Marquard von Wolhusen, seiner Brüder Walther und Rudolf, sowie mit seinem eigenen Siegel bekräftigen. Orig. D. 27.

Genannte 5 Siegel sind wohl erhalten.

Drucke: Geschichtsfreund, III. 227. — Urkundenbuch der Stadt Zürich, II. 146. Nr. 641. Fontes rerum Bernens, II. 275.

84.

1247. 17. Januar.

Gerard, ein Edler von Rümlingen[2]), vergabet mit Zustimmung seiner Gattin, des Sohnes Rudolf und der übrigen

---

[1]) Hujus documenti Originale, olim Codici msc. Bieliothecæ insertum, injuria temporis vel hominum incuria deperditum est.

[2]) Stammsitz der Edlen gleichen Namens im A. Seftigen, Ct. Bern.

Kinder an das Kloster Engelberg 11. Lunares (Schupossen) Landes in Rufenach[1]). Orig. D. 28.

Das herzförmige Siegel Gerards hat in senkrect geteiltem Schilde rechts einen Löwen, links drei Rosen, von denen eine abgebrochen ist.

Druck: Geschichtsfreund XX. 306.

85.

1247. 15. März.

Abt Rudeger und der Convent von Muri erlauben der Witwe Conrads von Jonen, Güter in Seldenbüren, die sie von Muri zu Erblehen hatte, dem Kloster Engelberg zu verkaufen.

Rv̊degerus diuina misericordia abbas, totusque conuentus Murensis Monasterii, vniuersis presentem paginam inspecturis. In perpetuum. Quoniam labilis est ho- | minum memoria et rerum turba non sufficit, immo habere omnium memoriam, et in nullo penitus errare, potius est diuinitatis qnam humanitatis, ideo non incongrue | antiquorum circumspectio scripturarum serie rei geste noticiam prouide commisit memorie posterorum. Nouerint ergo quos nosse fuerit oportunum, quod relicta quondam | Cůnradi dicti de Jonun[2]), et liberi eiusdem, bona quedam sita in Seldinbivrron, que a nobis et nostro monasterio hereditario iure possidebant, Reuerendo | in christo Wernhero abbati, et monasterio de monte angelorum unanimi nostra uoluntate et consensu accedente, pro XXIIII. libris, cum omni iure quo ipsi | antea possederant, titulo uenditionis contradiderunt. Dominus uero abbas montis angelorum prelibatus eadem bona de manu nostra recepit, ea conditione, | ut ipse sepedictumque monasterium Montis Angelorum nobis et nostro monasterio de cetero censum de predictis bonis, uidelicet tres solidos, et VI. denarios usua- | lis monete, annuatim in Natali Johannis baptiste, sine contradictione persoluant, sicut debent. Ut autem predicta maiorem firmitatem obtineant, pre- | sentem cedulam sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec in Lunchunft[3]),

---

[1]) In der Pfarrei Rain im aarg. Bezirk Brugg.

[2]) Jonen, Pfarrei Lunkhofen. Ct. Aargau. [3]) Lunkhofen.

sub venerabili domino et patre nostro Heinrico Constantiensi episcopo, | Anno gratie M.CC.XLVII. Idus Martii, Indictione quinta. Testes autem sunt hii: Heinricus de Schonnewerde, et Heinricus de Viligen, milites. Chůn- | radus de Meistersvanc, Cůnradus de Jonon, Otto de Lunkuft, Chůno de Asche, Cůnradus Vullarius, Waltherus uillicus de Seldinbiurron, et alii quamplures | fide digni. Orig. D. 49.

Das Siegel fehlt.

Druck: Urkundenbuch der Stadt und Landsch. Zürich, II. 156. Nr. 652.

86.

ca. 1250.

Mehrere Unterwaldner Ritter und Amtleute beschweren sich beim Rath von Zürich über Belästigung des Klosters Engelberg durch den Züricher Bürger Arnold von Maschwanden.

Turegi ciuitatis egregie consultis. W. plebanus in stannis, W. de wiglislo[1]), R. de winchilreit, W. de bv̊chs et filius | eius W. milites, et W. de a et stanglini[2]) Vol. et W., et nidirwile[3]) minister, et H. frater eius, et B. de woluinschiezin, et eiusdem | uallis alii quam plures. Salutem et super inimicis uictoriam triumphalem . dignitati uestre sepius insonuit qua- | liter A. miles de maswandon[4]) cenobio beate Marie dei genitricis et uirginis iu monte angelorum offensis in- | finitis et molestiis

---

[1]) Später Loo, jetzt Loch genannt, ein Gut i. d. Pfr. Wolfenschiessen.

[2]) Siehe oben Anmerkung zur Urkunde von 1241. Nr. 79.

[3]) Verschollener Weiler in Dallenwil, der den am linken Ufer des Steinibachs gelegenen Teil dieser Gemeinde begriff. Die Edlen von Niderwil besassen daselbst bei der heutigen Mühle an der Aa eine Burg und führten den Titel Minister oder Ammann. Zweifelsohne waren sie Ammänner des Klosters und hatten für den Bezug der Gefälle zu sorgen, die es laut Zinsrodel vom 12. Jahrhundert in Niderwil, Tellewil, Albatswil und Wisoberg — der vorzüglichsten Höfe der spätern Gemeinde Dallenwil — besass. (Capl. A. Odermatt: Alte Orts- und Geschlechtsnamen in Nidwalden. S. 61. 63.)

[4]) Maschwanden, Dorf an der Reuss, im Amt Knonau, Ct. Zürich.

sine mora penitus iniuriatur, quia P. miles de waltirsperc[1]) beate memorie uitricus | eius prefati cenobii religionem intrasset si iam dictus priuignus eius nequiter et iniuriose non obstitiset (sic). Quam ob rem uobis | in hac pagina significamus, quod sepefatum cenobium de rebus iam dicti burgensis uestri sueque matris nichil | obtinuit, unde sibi deinceps respondere teneatur. Huius rei seriem si non credideritis ubicunque caute com- | parere possumus, eidem cenobio proculdubio testificamur. Hanc paginam quia laici sumus et proprio sigillo caremus | coniuratorum nostrorum in lucerna sigillo roboramus. Orig. D. 89.

Das Siegel ist verschwunden.

Drucke: Businger, Gesch v. Unterwalden, I. 447. — Kopp, Urk. I. 2. (1244—1252). — Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich, II. 266. Nr. 798. —

87.

ca. 1250.

Heinrich von Hochdorf und seine Gattin Bertha schenken mit Genehmigung ihres Herrn von Kiburg dem Kloster Engelberg ein kleines Gut in Niderunhilt.

Heinricus de Hŏctorf, et Bercta uxor eius, omnibus hanc paginam inspecturis, noticiam subscriptorum. Cum ad redimenda | peccata propria, parentumque suorum, obstante carnis adhuc fragilitate, dominii sui nobilissime prolis de Chibvrc annuen- | te gratia, prediolum quoddam, quod uulgo dicitur in Niderunhiltewinsfanc[2]), in remedium animarum suarum, omniumque fidelium | defunctorum, gloriose dei genitricis Marie cenobio in monte angelorum erogauerunt. Ea conditione, si absque liberis de se uicis- | sim genitis decesserint, ut predium id sine omni dominorum suorum et heredum repulsa, liberaliter predicto cenobio uacet ex | toto. Sin autem, trium dumtaxat solidorum censum, in festo Michahelis recipiat annuatim. Huius

---

[1]) Ueber den Ritter Peter von Waltersberg vergl. oben Urkunde vom Jahre 1219, 3. März, Nr. 40, Anmerkung 3 und Urkunde Nr. 27, 3 im Geschichtsfreund XLIX, 262.

[2]) Verschollener Name. Vergl. Urkundenbuch, II. 266. Anm. 3.

igitur facti seriem, per | duo paria utriusque dominii sigillo confirmata, et mutuo inter se contradita, ne postmodum aliquo perfidie fomite | fortassis inficerentur, scriptorum memorie commendauerunt. Orig. D. 23.

Das Siegel zur Hälfte abgebrocheu.

Drucke: Herrgott, Geneal. II. 295. Nr. 361 mit dem Datum 1251. — Urkundenbuch Zürich, II. 266. Nr. 797.

88.

1251.

Heinrich und Conrad von Zofingen übergeben mit Zustimmung ihres Oberherrn, des Grafen Ludwig von Froburg, die ihnen über die Klostergüter bei Wyliberg zuständige Vogtei in die Hänḍs des Abtes von Engelberg.

Nouerint vniuersi presentes et futuri quod Henricus filius vlrici ministri, et Chunradus dictus Ruodo, | Ciues in Zouingen et uxores eorundem, Aduocaciam quam habuerunt in bonis Monasterii de Monte | angelorum apud Wileberch[1]) sitis liberam eidem monasterio dimiserunt, ipsam in manus abbatis prelibati | monasterii resignantes, quam resignationem Nobilis uir, Lodewicus Comes de Vroburch dictorum Burgensium dominus ca- | pitalis concessit, uoluit, et laudauit. In cuius testimonium presens instrumentum est confectum et Sigillo Comitis eiusdem | roboratum. Datum et actum apud Zouingen anno domini M.CC.L. primo. | Orig. D. 50.

Das Siegel des Grafen Ludwigs ist beschädigt.

89.

1251—1254.

Ulrich, Schultheiss von Zürich, bezeugt, dass Berchtold der Zimmermann von Constanz sein Haus und seine Hofstatt unter Zün (in Zürich) der Schwester Adelheid von Constanz verkauft habe.

Allen dien die disen brief werdent lesende oder hörende dien kvnde ich, Vlrich, der Schvltheize von Zvrich das | meister

[1]) Wyliberg, in der Pfarrei Reitnau, Bezirk Zofingen, Ct. Aargau.

Berchtolt der Cinberman von Kostenze hat gegeben sin hvs vnd sine hofstat vnder Zv̊n, daz sin lidig | eigen waz Swester Adelheide von Kosteze ze chŏfenne vmbe so vil gv̊tez so sv́ do vberein komen, vnd gab | ez ir mit aller der gewarsami vnd mit alleme dem rechte so er ez hate vnd si ez bedorfte, vnd gab ez ir | vf vor mir vnd vor anderen biderben Lv́ten die da zegegene warin vnd sahen die hie nahe geschriben | stant Her Vol. der vriburgere, Her Hv̊. gorgheit, Her R. Marti, Her Bv. fron Hiltebvrge sv̊n, . . Tvmpschi, | Ovl. der salzman, Her H. der Swerter vnd sin svn, Dietrich Ziebenez svn vnd vil andere biderber lv́ten . vnd daz | diz deste stetir si vnd von niemanne muge harna gechrenchet werden do batin sv́ mich beidvnt- | halb dc ich disen brief mit minem ingesigele sigelte vnd stetete. | Orig. D. 132.

Das Siegel: † S. OVLRICI. SCVLTETI. DE. TVREGO. mit Lilienförmiger Blume, ist gut erhalten.

Drucke: Kopp, Geschichtsblätter I. 55. — Urkundenbuch von Zürich, II. 269. Nr. 801, wo auch in den Anmerkungen das Datum, die Personen u. s. w. dieses Actenstückes näher bezeichnet sind. — Cfr. Straumeyer, Annal. I. part. 2. pag. 368.

90.

1252.

Gotfrid, Graf von Habsburg gibt dem Heinrich Blasi Güter im Sarnerthal in Pfandschaft.

Gotfridus Comes de Habspurc vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, Noticiam subscriptorum cum salute. | Sciant igitur omnes quos scire fuerit oportunum, quod nos de communi consensu et unanimi uniuersorum fratrum nostrorum uolun- | tate Heinrico dicto Blasi de bonis nostris in Sarnetal septem Seracia pro viginti libris legalis monete no- | mine pignoris obligamus . sunt autem dicta seracia quatuor apud Kerns, uidelicet, H. tabernarius II. pabe (?), Richenzvn filii, vnum. — H. vnderflvo unum . Zevorste III. In predictorum testimonium eidem H. hanc pa- | ginulam nostri sigilli muni-

mine contulimus roboratam. Acta sunt hec in Sarnon, anno domini M.CC.L II. presentibus | W. de Bv̊ch Milite, R. Ministro, W. de Sarnon, Walthero de Kegeswile, et aliis multis fide dignis. | Orig. D. 58.

Das habsburg. Siegel mit dem Löwen an der Umschrift etwas beschädigt.
Druck: Herrgott, Geneal. II. 300. Nr. 368.

91.

1252. 14. September.

Graf Hartmann der ältere von Kiburg vergabt an das Kloster Engelberg Grundstücke in Wil und Husen, die sein Amtmann, Ritter H. von Schönenwerd als Lehen besessen und ihm zu diesem Zwecke aufgegeben hatte.

Vniuersis presentem paginam inspecturis H(artmannus) dei gratia senior Comes de kiburc noticiam subscriptorum. | Forciora sunt omnia que geruntur et nullius possunt perturbari calupnia[1]), si uigorem trahant a testimonio | litterarum. Innotescat ergo vniuersis tam presentibus quam futuris quod nos predia sita in Wile[2]) et in Husen[3]) que | H. miles de Schônenwer, noster ministerialis, a nobis in feodum tenuit, post liberam et legittimam | predicti H. resignationem in manus nostras factam, iusto et legittimo donationis titulo, cum omni | iure, quod predicto militi competebat, uel competere uidebatur, secundum consuetudinem terre et iuris libere et | absolute Monasterio montis angelorum eiusque abbati et conuentui, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, | donauimus in perpetuum possidendum. Acta sunt hec apud kuluwangen[4]), anno domini millesimo. CC.L.II. | indictione decima, in exaltatione sancte crucis, nobis presentibus, et Walthero abbate montis angelorum, et Walthero | sacerdote et monacho eiusdem monasterii, et Rv̊dolfo de vilingen prebendario in detinkon,

---

[1]) sic, statt „calumnia“. — [2]) Oberwil, bei Bremgarten. — [3]) Hausen, bei Bellikon, Pfr. Rohrdorf, Ct. Aargau. — [4]) Kilwangen, bei Wettingen, Ct. Aargau.

et . . plebano | de Stöfen, et H. milite de Schönenwert et Johanne filio suo, et . . marscalcho in mellingen, et allis | quam pluribus . ut autem predicta firma et rata persistant, presentem cartam nostro sigillo duximus roborandam. |

Orig. D. 32.

Von der Umschrift des sonst wohl erhaltenen Siegels des Grafen ist nur noch zu lesen: S . . . . ARTM . . . . . VRCH.

Drucke: Herrgott, Geneal. II. 298. Nr. 366. — Urkundenbuch v. Zürich, II. 305. Nr. 846.

92.

1252. 21. November[1]).

Philipp, Vogt von Brienz, verkauft dem Heinrich Blasius sein Eigengut in Büren und Gadmen mit aller Zugehör und unter Sicherheitsleistung für Aufrechthaltung des Kaufes.

Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod ego, philippus aduocatus de Briens, cum consensu matris mee, fratris mei et vxoris mee, vendidi, dedi et contradidi Heinrico dicto Blasio, et suis heredibus | quoddam allodium situm in Burron[2]) et in Goddeme[3]) pro XL. libris, cum omnibus appenditiis suis, exceptis hominibus, cum campis, siluis, pratis et nemoribus; a dicto Heinrico et suis heredibus iure perpetuo | possidenda. Warantiam prestaturus de hac venditione, Heinrico prefato et suis heredibus, ubicunque sibi fuerit opportunum. Et ut hec firma valeant permanere, hanc cedulam sigillo meo curavi | attentius roborare. Testes sunt vlricus de Buchennasa, Waltherus de Littowa, milites. Waltherus de Hunwile, Johannes de Hiltesride, Petrus de ponte, Heinricus de Hegen- | dorf, Johannes dictus Giswilere, Theodorus, Hugo, calcarifex. Heinricus sartor, Petrus frater eius, cives Lucernenses, et alii quam plures. Acta sunt hec a me, et fratre meo. XVI. Kal. Decembris, | in ponte lucernensi. Secundario dedi cum consensu matris mee et vxoris mee, coram vlrico solido, Heinrico de

---

[1]) Vergl. hiezu obige Urkunde Nr. 90. — [2]) Büren, kleine Gemeinde in der Pfarrei Stans. — [3]) Güter oberhalb Büren, jetzt „Gadmen“ genannt, (Kapl. Odermatt, Alte Ortsnamen von Nidwalden p. 21.)

Knuopoz, Rvdolpho, de superiore parte laci. Heinrico Semans | , Wernhero ministro de Ringkenberc, vlrico de Turego. Anno M.CC.LII. XI. Kalendas decembris. Indictione decima. |

Orig. D. 51.

Das Siegel Philipps hängt wenig beschädigt.

93.

1254. 17. April.

Papst Innocenz IV. bestätigt die Vereinbarung, welche Bischof Conrad von Constanz zwischen dem Stift Beromünster und den Grafen von Kiburg am 25. Mai 1223 betreff der von diesen dem Stifte zugefügten Schädigungen vermittelt hatte. Abt Heinrich I. von Engelberg erscheint dabei unter den Zeugen.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis præposito et capitulo sæcularis ecclesiæ Beronensis, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ea, quæ iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere et ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, apostolico convenit præsidio communiri. Sane vestra petitio nobis exhibita continebat, quod inter vos ex parte una et nobiles viros Uolricum seniorem, Guernerum et Armannum filios eius, comites de Kyburc, Constantiensis diocesis, ex altera (parte) super eo, quod iidem nobiles vobis et ecclesiæ vestræ damna gravia et iniurias irrogarant, orta materia quæstionis tandem mediante bonæ memoriæ Conrado episcopo Constantiensi super hiis amicabilis inter partes compositio intervenerit, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, quam apostolico petiistis munimine roborari. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati compositionem ipsam, sicut rite et sine pravitate ac provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica comfirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui est talis: „In nomine sancte et individue trinitatis amen. Chuonradus dei gratia Constantiensis episcopus omnibus Christi fidelibus in

perpetuum. Quia labentium temporum cursus eorum, que geruntur, memoriam secum rapit, inventa sunt remedia scripturarum, ne lites iudicio vel concordia terminatæ in recidivæ contentionis scrupulum prolabantur. Noverint igitur tam posteri quam præsentes, quod post graves iniurias atque damna multiplicia ab Uolrico seniore, Wernhero et Hartmanno filiis eiusdem comitibus de Kyburch irrogata Beronensi ecclesiæ, propter quæ ad instantiam Tietrici præpositi eiusdem ecclesiæ ipsi comites excommunicationis sententia fuerant innodati et eorum terra supposita interdicto, nobis tandem præsentibus et mediantibus inter ipsos talis compositio intervenit, quod dicti comites firmaverunt iuramento præstito corporali, se et suos successores obligando, præpositum, canonicos, familias, officiatos et clericos ecclesiarum, quarum ius patronatus spectare dignoscitur ad ecclesiam memoratam, nec in rebus exactione aliqua, nec in personis a tempore compositionis aliquatenus se gravaturos, specialiter hoc expresso, quod res clericorum sive canonicorum nec in vita nec in morte occupare vel distrahere nullatenus attemptabunt. Ad cautelam etiam insuper est adiectum, ne comites prælibati vel aliquis hæredum eorum, ad quem spectaverit advocatia ecclesiæ antedictæ, nisi vocatus pro iudiciis exercendis aliquo tempore accedere præsumat in villam Beronensem, excepto bis in anno, duobus diebus in Maio, duobus in autumno, cum quadraginta tantum equitaturis, utraque vice procurationem unius diei ab ecclesia recepturus, reliquo vero die de quæstu sui iudicii vel aliunde sine damno ecclesiæ sibi provisurus; alias vero præfatam villam intrare poterunt pro suo arbitrio voluntatis, ita tamen, quod eiusdem ecclesiæ tam laici quam clerici in aliquibus non lædantur. Insuper est statutum inter eos, quod censibus ecclesiæ debitis persolutis vel etiam certificatis, nisi alicubi propter desolationem terræ vel ecclesiæ impediantur haberi, super quo et ipse attendere debet advocatus, super advocatia præpositurae semel tantum in anno, in autumno scilicet, talii collectam recipiat generalem, hoc excepto, quod in villa Beronensi, prout præpositus et nuntius advocati vel vicarius uno milite honesto eisdem

adiuncto sub testimonio fidei, considerata et rerum et personarum circumstantia, ordinaverint, summam talii colligat competentem, ab hiis tamen, qui curtes canonicorum inhabitant, et ab officiatis eorundem nihil penitus exacturus Quæstus etiam omnium iudiciorum per totam præposituram duæ partes præposito provenient, tertia advocato. Præterea iurisdictio villæ Beronensis ad solum præpositum adeo plenarie pertinet, quod ipse suum ibidem debet habere rectorem, et nullus ad advocatum respectus habetur, nisi in illis criminibus, quæ iudicio sanguinis puniuntur, sicut furta et huiusmodi maiora ausu temerario perpetrata, quæ tamen si pœna pecuniaria redimantur, duæ partes præposito, tertia cedet advocato. Si vero contigerit aliquos de familiis canonicorum usque ad effusionem sanguinis manus sibi invicem inijcere violentas, præpositus vel canonici, quorum sunt familiæ, si poterunt, eos ad concordiam perducent, advocato patienter id sustinente. Quodsi eorum discordiam sedare nequiverit, vocabitur advocatus ad componendum amicabiliter inter eos . quodsi et ipse nequiverit, ex tunc, iuris ordine servato, procedet. Ad hæc si præpositus vel cellerarius aliquem servorum ecclesiæ supradictæ ad terram requirat eiusdem excolendam, qui id facere contradicat, advocatus, non motu proprio, sed ad petitionem præpositi vel cellerarii cogat resistentem pro volunte eorundem colere terram ecclesiæ sæpedictæ. Servus etiam eiusdem ecclesiæ non terram ipsius ecclesiæ, sed alienam colens glebam si decesserit, rerum relictarum ab illo medietatem præpositus, reliquam partem recipiat advocatus. Si census aliquis ecclesiæ ultra terminum statutum detinetur, officiati canonicorum, si placuerit, advocato requisito, pignus accipiant debitoris, qui si violenter restiterit, coerceatur auxilio advocati. Si hanc formam compositionis comites memorati vel aliquis successorum eorundem in aliquo articulorum expresso infringere aliquatenus attemptaverint, præpositus tunc temporis ecclesiæ prætaxatæ vel aliquis canonicorum ex parte capituli transgressorem compositionis, ut infra octo dies pro læsione satisfaciat, admonebit . Quod si facere contempserit, Constantiensis vel Basileensis Episcopus ad utrumlibet eorum canonicis

facilior sit accessus, admonitione præmissa et octo dierum expectatione indulta, si satisfacere non curaverit, quia ex pacto dicti comites se et suos successores ad hoc obligarunt, in pristinam excommunicationis et interdicti sententiam reducens excommunicabit, denuncians eundem cum familia et colonis, terram ipsius et ecclesias iure patronatus ad ipsum spectantes subijciens interdicto . Quam sententiam reliquus etiam episcoporum sine dilatione et difficultate qualibet denuntians, cum requisitus fuerit, in suo diocesi præcipiat inviolabiliter observari. Ut autem forma compositionis antedictorum difficilius infirmetur, decem ministeriales præfatorum comitum iuramentum præstiterunt, quod ipsi dum vivunt. et successores eorum post eos bona fide et omni malo dolo excluso adhibebunt consilium et operam diligentem, ut comites supradicti et eorum successores compositionem prælibatam studeant modis omnibus observare, quorum nomina sunt hæc: Chůno pincerna, Gottefridus de Ozingen dapifer, Waltherus de Hallwile, Gottefridus Schado, Waltherus et Wernherus de Liela, Chuonradus de Schlatta, Henricus de Hetelingen, Hartmannus de Schonberg, Petrus de Buochnase. Acta sunt hæc Embriaci anno incarnationis domini MCCXXIII. VIII kal. Junii, indictione XI., Friderico Imperatore in Sicilia agente, Heinrico filio eius Rege in Alemannia disponente. Testes, quibus præsentibus hæc acta sunt, hii sunt: Chuonradus de sancto Urbano, Wido de Capella, Arnoldus de Mure, Heinricus de Monte Angelorum Abbates. Heinricus præpositus, Waltherus archidiaconus Burgundiæ, Burcardus de Castel, Heinricus canonici Constantienses, Wernherus de Phephyng, Hugo cantor, Heinricus de Winna canonici Basileenses, magister Rudolfus canonicus grandivallensis et magister Chuono ibidem canonicus, Rudolfus præpositus, Burkardus plebanus, Rudolfus et Ulricus de Tribschen, Wernherus et Burcardus custodes, Burcardus Albus, Gerungus Scheko canonici Turicenses, Chonradus plebanus sancti Petri ibidem, Cuno, Wernherus Ungstome, magister Chuonradus de Schalchon, Cuonradus de Tocchenburch, Bruno, Heinricus præbendarius, Heinricus notarius canonici Embriacenses, Comes Wernerus de

Honberch, Lutoldus de Regensberch, Waltherus de Thegerveld, Rudolfus de Rapreswilere, Ulricus frater eius de Griffenberch, Rudolfus et Arnoldus de Warta, Bertoldus de Burgolon, Rudolfus de Mazingen, Gerungus de Kembiton, Wernherus et Chůno de Tuffen, Egilolfus de Hasila, Uolricus de Gozingen liberi, Eberhardus Molendinarius, Heinricus advocatus, Hugo et Heinricus Brunones, Heinricus Judimannus, Heinricus de Curia, Bertoldus de Porta, Uolricus Theleonarius, Heinricus Orteliebi ministeriales Turicenses, et alii tam clerici quam laici, quorum nomina huic paginæ inscripsisse legentibus fastidium generaret. Ne autem aliquis articulorum sæpedictæ compositionis de cetero in dubium revocetur vel ab aliquo etiam ausu temerario infringatur, prætentem chartam ad petitionem tam sæpedictorum comitum, quam Tietrici præpositi et capituli Beronensis ecclesiæ conscribi fecimus, eam nostro et venerabilis fratris Heinrici Basileensis episcopi, necnon ipsorum comitum et dicti præpositi et capituli sigillis roborantes.“ —

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. — Datum Laterani, decimo quinto kal. Maii, pontificatus nostri anno undecimo.

Original im Stiftsarchiv Münster: Copie Gg. 8.

94.

1254. 13. Juni.

Eberhardus, Episcopus Constantiensis ecclesiam Monialium in Monte Angelorum consecrat unacum duobus Altaribus, videlicet S. Andreæ et S. Catharinæ, necnon in ecclesia Monachorum Sacellum et Altare in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli, quod ab Abbate Heinrico I. (1197—1223) sub campanario constructum fuit. Sequenti vero die velatæ sunt ab eodem Episcopo XLII. Virgines sanctimoniales. (Litteræ desunt).

Chron. Msc. $I^1/_8$. Nr. 10.
Annal. I. 75. 81.

95.

1254. 13. Juli.

Die Ritter Hugo und Heinrich von Lunkhofen bitten den Vogt Arnold von Rotenburg, die Hälfte der Güter, welche sie von ihm und seinem Vater als Lehen hatten, dem Kloster Engelberg zu vergaben.

Nobilissimo domino suo, A. aduocato de Rotenburc, H. et H. milites | de lunkuft . . relicta quondam C. milites de lunkuft eiusque filii se totos | ad omnia, sicut vassalli non immerito suis dominis astringuntur, vestre beneuolencie | quam nobis hactenus sensimus fauorabilem et benignam, nos H. et H. dicti milites | suplicamus, quatinus medietatem feodorum quam quondam frater noster et ego H. a uobis | et patre uestro habuimus, Monasterio Montis Angelorum legitime conferatis, proprie- | tatem ad ipsum monasterium transferendo, sciturus, quod filii quondam fratris nostri in | manus Waltheri sacerdotis monachi dicti monasterii, ius dictorum feodorum resignarunt. | Vobis etiam iam dicti filii quondam fratris nostri, promittunt bona fide, quod tantun- | dem bonorum suorum, cum a uobis fuerint requisiti, in manus uestras resignabunt, et | a uobis in feodum recipient, cum omni iure quo feoda recipi consueverunt. | Testes sunt hii: H. de Schônenwert, C. Albus, R. de Clarona, R. de Me- | chingen, Fridericus de Borsinkon milites, magister Vol. canonicus Turicensis | dictus Wolfleibischa, W. pater suus, Vol. patruus suus, Volmarus et H. | fratres sui, Simon dictus de lindun et alii quam plures, quia proprium sigillum | non habemus, sigillo domini H. de lunkuft usi sumus. Datum Turegi anno domini M. | CC.LIIII. proxima die lune post festum placidi et sigeberti, Indictionc XII. | Orig. D. 52.

Das Siagel fehlt.

Druck: Urkundenbuch von Zürich, II. 363. Nr. 903.

96.

1255. 17. April.

Das Kloster Engelberg tauscht seine Besitzungen zu Winkel, Oberhausen und Opfikon mit Ritter Hugo von Lunkhofen gegen dessen Besitzungen zu Füglistall, S·etten, Rossau und Mettmenstetten.

Waltherus Abbas et conuentus Montis Angelorum ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, et Hugo miles de Lunchuft et volricus filius suus ciues Turicenses, vniuersis | presentem paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Lites ex errore error ex obliuione nascuntur, vnde necesse est ad precludendam uiam errori et lites extirpandas ut | facta modernorum scripture testimonio fideliter commendentur. Nouerint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod nos predia nostra sita iu villa que dicitur Winchel[1]) et in | Obrehusen et in Ophinchon[2]) in Vüglistal[3]) in Stettin[4]) in Rosowa[5]) in Methmostettin superiori a nobis libere possessa et quiete obtenta sine quolibet onere Aduoca- | cie, villicacie uel quacumque seruitute ad inuicem absque fraudis scrupulo utriusque partis utilitate et commodo inspecto commutamus . et ego dictus Abbas domino Hugoni | militi predicto nostra predia superius expressa scilicet in Winchel in Obrehusen in Ophinchon cum consensu nostri Conuentus cum omni iure et integritate et libertate tam | culta quam inculta, cum nemoribus, pratis, pascuis et omnibus suis apendiciis trado et possessionem perpetuam assigno. Similiter nos Hugo de Lunchuft et | Volricus filius suus predicti cum manu et conniuencia Reuerende domine nostre Elizabete Electe Turicensis, et cum consensu uxorum liberorumque nostrorum expresso damus et | assignamus et possessionem tradimus sepedicto domino Abbati nomine sui monasterii et suis successoribus predia nostra superius nominata scilicet in Vüglistal in Stettin in Rosowa | in Methmostettin superiori cum omni iure et integritate et libertate, tam culta quam inculta, cum nemoribus, pratis, pascuis et omnibus suis apendiciis perpetuo | quiete et pacifice obtinenda et possidenda, obseruantes hincinde omnem diligenciam et cautelam et sollempnitatem, quas in talibus ius et consuetudo suadet et precipit obseruari. | Renunciamus etiam ex utraque parte omni actioni,

---

[1]) Winkel, Pfr. Bülach, Ct. Zürich. — [2]) Oberhausen und Opfikon, Pfr. Kloten, Ct. Zürich. — [3]) Füglistall, Pfr. Birmensdorf, an der aarg. Grenze. — [4]) Stetten, Pfr. Rohrdorf, Ct. Aargau. — [5]) Rossau, Pfr. Mettmenstetten, Ct. Zürich.

inpetitioni, in integrum restitutioni, constitutioni canonum et legum, consuetudini, priuilegio, et litteris inpetratis uel inpetrandis, | per que huiusmodi contractus bone fidei uel commutatio posset impediri, uel aliquatenus irritari, vt autem hec firma et (il-)libata permaneant, due littere sunt huius tenoris confec- | te et conscripte utrique parti una ex eis remanente Sigillis Reuerende domine E(lizabete) Electe Turicensis, et meo scilicet Wal(theri) Abbatis predicti, et Consulum Turicensium, et mei H(ugonis) militis | de Lunchuft prelibati fideliter communite. Testes sunt hii: Magister Heinricus plebanus sancti petri Turicensis, Heinricus sacerdos de Beinwile monachus, Rv̊dolfus sacer- | dos de Hasle, magister v̊lricus canonicus Turicensis dictus wolphleipscho, Jacobus molendenarius, Heinricus de Lunchuft Chv̊nradus Albus, Heinricus de Clarona, | Rv̊digerus de Meichingen, Burchardus ante Macellum, milites Turicenses, Vlricus et Rv̊dolfus et Chv̊nradus filii domini Hugonis et Heinrici de Lunchuft, | Heinricus Milchlinus ciues Turicenses, et alii quamplures. Acta sunt hec Turegi, XV. kl. Mai. Anno domini M.CC.LV. Orig D. 54.

Vom Siegel der Aebtissin E. restiert noch ein Fragment; das des Abtes W. ist etwas beschädigt; die zwei anderen sind wohlerhalten.

Druck: Urkundenbuch von Zürich, III. 11. Nr. 927.

97.

1255. 19. April.

Abt und Convent von Engelberg schliessen einen Vertrag mit der Wittwe Adelheid, wonach diese unter gewissen Bedingungen und gegen einen jährlich ihr zu entrichtenden lebenslänglichen Zins ihren Weinberg zu Goldbach am Zürichersee dem Kloster übergibt.

Waltherus Abbas et conuentus Monasterii Montis Angelorum ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, vniuersis ad quos scriptum presens peruenerit orationes in domino. Lites ex errore, error ex obli- | uione nascuntur, vnde necesse est ad precludendam uiam errori et lites exstirpandas, ut facta modernorum scripture testimonio fideliter commendentur. Nouerint igitur quos nosce fuerit oportunum | quod inter nos et

nostrum conuentum ex una, et Adelheidim viduam, cuius maritus iam longo tempore absens est, quod pocius creditur obiisse quam uiuere, ex parte altera in hunc modum conuentum est de consensu | utriusque partis et prouide ordinatum, adhibita omni diligencia, omni cautela et sollempnitate, qui de iure et consuetudine adhiberi debuit et consueuit in talibus contractibus, et cum manu Aduo- | cati sui Volrici dicti Wolpleipscho ciuis Turicensis ad hoc in foro iudiciali per sententiam secundum loci consuetudinem electi coram domina Elizabeta electa et confirmata Turicensi et Wernhero | preposito et capitulo suo eiusdem ciuitatis, eorum accedente conniuencia et consensu et debita concessione, quod dicta domina vineam suam sitam in Goltbach prope lacum Turicensem, cum prato, agro, | arboribus et omni integritate, qua ipsa usque ad illam diem possedit nobis et nostro monasterio libere contulit et tradidit pacifice in perpetuum et de cetero possidendam, et nos eidem domine promisimus | et promittimus bona fide et sine omni fraudis scrupulo, quod dicte domine singulis annis quamdiu vixerit persoluemus et persoluere debemus, et presentare in ciuitate Turicensi, nostris laboribus et expen- | sis in festo Felicis et Regule octo modios tritici mensure Turicensis, et in festo sancti Martini VII. modios tritici eiusdem mensure, et seracium sicut nobis in valle nostra pro censu sex solidorum | estimatur ad hoc nos et nostrum monasterium firmiter obligando, hoc etiam nobis et nostris successoribus inponentes sicut in predicto contractu conuentum est, ut si forte nos uel aliquis nostrorum succes- | sorum uel officialium hunc censum soluere neglexerit modo predicto et ad terminos prefatos et nisi infra mensem post amonitionem sepefate domine per se uel per suum nuncium celeriter fuerit | emendatum et census persolutus, extunc et censum et in penam V. libras monete Turicensis eidem persoluere debemus. Si autem aliquo modo nos uel successorum nostrorum aliquis ullo umquam tempore | contra hunc contractum uenire uoluerit uel attemptauerit, dictam vineam et bona predicta cum omni integritate et melioratione, si forte meliorata fuerint, uel saltim in eo statu quo nunc

sunt, | libere et absolute relinquemus eidem, et insuper in penam tante instabilitatis X. libras monete predicte persoluere sibi tenemur et debemus. Si uero predicta domina zelo caritatis accensa frugem | vite melioris concupiscens cum Sororibus nostris apud montem angelorum habitare desideret et habitum susceperit earundem, extunc monasterium nostrum ab omni prestatione dicti census erit penitus | absolutum, de predictis etiam bonis tenemur monasterio Abbacie Turicensis quartam partem libre cere et ecclesie prepositure Turicensis etiam quartam partem libre cere in festo Felicis et Regule | persoluere . et hec singula et vniuersa a nobis sunt accepta et approbata, ut firmiter in omnibus obseruentur . in cuius rei testimonium due littere sunt huius tenoris confecte et conscripte, utrique parti | una ex eis remanente, Sigillis E(lizabete) electe Turicensis, et nostro scilicet Abbatis predicti, et Wernheri prepositi, et ciuitatis Turicensis fideliter consignite. Testes sunt hii Consules Turicenses scilicet: he. | dictus vincho, hein. de Curia, R. de Clarona, fr. Bocheli milites, R. dictus vs dem Munsterhove, Bur. dictus Trv̊bere, Vol. Trembillinus, hn. de Orlinchon, Chv̊n. dictus Tya, Hein. Chie- | nerius, v̊l. dictus Wolphleipscho, C. de vico . Alii vero W. prepositus Turicensis, magister h. plebanus sancti petri, o. dictus manezzo, h. de Chloton, v̊l. de sancto Nicolao, h. dictus Mula, magister h. Bochelinus, | magister C. Scolasticus, magister v̊l. Canonicus Turicensis, h. de Schôninwert, C. dictus wello, hu. et hein. de Lunchuft, R. de Meichingen, Vol. Scultetus, R. de Clarona, H. dictus Bruno milites, wer. | wolphleipscho, Volmarus filius suus et alii quamplures. Datum Turegi XIII. kal. mai. Anno domini M.CC.L.V. Orig. D. 53.

Es hängen die Siegel der Aebtissin Elisabeth, des Abtes von Engelberg und des Probstes von Zürich; das der Stadt Zürich ist abgefallen.

Druck: Urkundenbuch von Zürich, III. 12. Nr. 928.

98.

1255. 20. April.

Abt und Convent von Wettingen verpflichten sich, dem Convent von Engelberg wegen des Grundstückes in Geroldswil, welches Ritter

Rudolf von Thurn und seine Gemahlin Emma an Wettingen vergabt haben, nach Rudolfs Tode 2 Mark zu bezahlen.

Vniuersis presentem litteram inspecturis . . Abbas et Conuentus de Wetingin Cisterciensis ordinis, salutem in domino. Vniuersitati uestre duximus presentibus declarandum, | quod obligauimus nos daturos Conuentui de Monte angelorum ordinis sancti Benedicti, duas marcas post mortem domini R(udolfi) militis dicti de Turri et uxoris sue | Hemme ratione predii in Geroltiswiler[1]) quod nobis iidem pro anime sue remedio contulerunt, nisi forte predicti heredem genuerint, uel de communi consensu XL. mar- | cas a nobis requisierint, quia tunc prefatis religiosis in nullo erimus obligati. Preterea si domina Hemma predicta prius decesserit, dimidiam partem memoratis dabi- | mus religiosis, et post mortem uiri reliquum persoluemus. Si autem uir prius mortuus fuerit, nil dabimus quousque similiter uxor uiam carnis ingressa | fuerit uniuerse. In huius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine roboramus.

Orig. D. 133.

Das Siegel ist wenig beschädigt.

Druck: Urkundenbuch von Zürich, III. 15. Nr. 930.

99.

1256. 22. Januar.

Die Edlen Conrad und Walther, Söhne des Ritters Conrad von Lunkhofen[2]) übergeben ihr Gut Jonen[3]) dem Vogt Arnold von Rotenburg und seinen Söhnen Markward und Arnold, damit diese die Hälfte der Vogtei an den Blaton zu Eschenbach, Isengeringen[4]) und Uttenrüti[5]) zum Seelenheile aller abgestorbenen Gläubigen an das Kloster Engelberg abtreten.

Orig. D. 40.

† S. ARNOLDI · ADVOCATI · DE ROTINBVRC . hängt wohlerhalten.

Drucke: Geschichtsfreund, II. 163. — Urkundenbuch von Zürich, III. 41. Nr. 956.

---

[1]) Geroldswil, in der Pfr. Weiningen bei Zürich, an der Strasse nach Baden.

[2]) Lunchputh = Lunkhofen, Ct. Aargau.

[3]) Jono = Jonen, Pfr. Ober-Lunkhofen, Ct. Aargau.

[4]) Blaton = Blatten und Isenringen, i. d. Pfr. Eschenbach, Ct. Luzern.

[5]) Utenrüti = Ottenrüti, Pfarrei Rotenburg, Ct. Luzern.

100.

1256.

Ludwig der ältere, Graf von Froburg, gestattet dem Walther von Rezried den Tausch seines Gutes Bergschwanden gegen die bei Stans gelegenen Besitzungen des Klosters Engelberg.

L. (udovicus) senior Comes de Vroburch Religiosis uiris et discretis . . Abbati et Conuentui de Mon- | te Angelorum salutem et bonum affectum cum effectu. Noueritis quod nos pro nobis, etiam pro H. (ermanno) nato | nostro et L. (udovico) patrueli nostro, concedimus ut laudamus permutationem fieri inter uos et Waltherum dictum de | Rezriet[1]) pro quibusdam bonis Berchiswando[2]) que Junta possidet, eiusdem Waltheri et uestris bonis iuxta | Stans sitis, spontanea uoluntate promittentes, permutationem huiusmodi firmam et illibatam con- | seruare et nunquam contraire. In cuius testimonium presens scriptum uobis concedimus Sigillo nostro consignatum. | Datum anno domini M.CC.L.VI. Orig. D. 59.

Das Siegel fehlt.

101.

1256. 10. Febr.

Die Edlen Walther und Berchtold von Eschenbach verkaufen dem Abte Walther von Engelberg ihre Grundbesitzungen in Holzhüsern, Hocken und Chüschwanden, mit Zugehörde und Rechten, wie sie dieselben besessen haben.

In nomine domini nostri Amen. Expedit utilitati publice contractus habitos pro futuris euentibus scriptis solidari. Nouerint igitur presentes et posteri, quod nobiles uiri Waltherus | et Berchtoldus fratres dicti de Eschibach, ipsorum fratris Chůnradi plebani in Seingin[3]), consensu postmodum accedente,

---

[1]) Retschrieden, Rasrieden, wird in der Urkunde von 1348 als Weiler zu Beggenried genannt (Geschichtsfrd. XXIV. 320), lag beim heutigen Ridli und war Stammsitz des gleichnamigen Edelgeschlechtes.

[2]) Schwanden, ein Landgut zu Büren bei Stans.

[3]) Seengen, unten am Hallwilersee, Ct. Aargau.

bona seu possessiones Holzhusirn[1]), Stocchin[2]), Chv̊eswandon[3]), in placito Gvndoldingin[4]) uendiderunt, XLa.tribus Marcis, et XXV. solidis, viro religioso, Walthero Abbati Montis Angelorum dictas possessio- | nes, cum suis pertinentiis et iuribus pleno iure quo tenebant easdem, Monasterio prefato Montis Angelorum, seu potestati dicti Abbatis et conuentus, titulo | uenditionis donantes, ius et proprietatem ipsorum bonorum in eos penitus transferendo. Renunciauerunt itaque nobiles Waltherus, Berchtoldus, et Chv̊nradus ftatres supradicti | pro se et suis heredibus vel successoribus omni iuri, constitutioni, seu consuetudini, vel actioni, et impetitioni cuilibet, per quam vel occasione cuius contractus | antedictus, seu uenditio facta inter prefatos Waltherum abbatem, et nobiles Waltherum, Berchtoldum, et Chv̊nradum posset in aliquo cauillari, siue qualibet industria impedimentum aliquod generari. | In cuius facti euidentiam presens instrumentum ad petitionem partium supra dictarum est confectum, et sigillo venerabilis in christo patris ac domini Eberhardi dei gratia constantiensis episcopi, | appositis sigillis comitum de Hapspurch Rv̊dolfi et Gotfridi, et nobilium supradictorum de Eschibach roboratum. Acta sunt hec primo a duobus predictis fratribus | Walthero et Berchtoldo in placito Gundoldingin in facie testium horum Wernheri plebani de Eschibach, C.(huonradi) prepositi de Affoltre, Vlrici de Butinchon, Burchardi de | Barro. Heinrici de Sins, Chv̊nradi ministri, anno a gratie domini M⁰.CC⁰.L⁰.VI⁰. quarto idus februarii. Eodem autem anno XVIII⁰. kal. Octobris actum id completum est a Chv̊nrado fratre | eorum plebano de Seingin super pontem lucernensem coram testibus hiis: venerabili viro domino Walthero

---

[1]) Holzhüsern, Weiler in der Gemeinde Rotenburg, Ct. Luzern.

[2]) Stocken und Stock sind Höfe in Sempach und anderwärts. Der Ortsname scheint jedoch verschrieben zu sein für Hocchin, d. h. Hocken in der Gemd. Rotenburg; denn Holzhüsern, Kühschwand und Hocken sind Nachbarhöfe in Rotenburg. Siehe Anm. 2. zu Nr. 105. Seite 79.

[3]) Kuhschwanden, ein Hof i. d. Gmd. Rotenburg,

[4]) Gundoldingen, kl. Weiler in der Gmd. Rain, Ct. Luzern.

(Professor J. L. Brandstetter.)

abbate, Chv̊none capellano suo, Chv̊nrado preposito de Af- | foltre, domino Vlrico et Mar. filio suo de Rvseke, Vlrico de Buttinchon et Vlrico de Hertinstein mili- | tibus, Heinrico de Maltirs et Arnoldo Schigere ciuibus, et aliis quam pluribus.

Orig. D. 38.

Die Siegel des Bischofs Eberhard, der Grafen von Habsburg und der Edlen von Eschenbach hängen wohlerhalten.

Druck: Herrgott, Geneal. II. 323. No. 397.

102.

1256. 10. Febr.

Der Edle Walther von Eschenbach gibt im Namen seiner Brüder dem Abt Walther von Engelberg die eidliche Versicherung der Verzichtleistung auf die dem Kloster verkauften Güter zu Holzhüsern u. s. w.

Labitur exiguo quod partum est tempore longo. Nos igitur damnum consimile ne incurramus, presenti pagine cautionem hoc modo decreuimus inscribi. | Cum Nobiles de Eschibach, Waltherus, Berchtoldus, et tertius eorum confrater clericus, filii militis egregii et nobilis domini Berchtoldi beate memorie, | quedam loca ex prediis suis que Holzhüsirn, Chv̊eswandon, Stochin[1]) nuncupantur, ob necessitatis sue causam uendere decreuissent, nec ad hoc | tunc ad presens tunc in unum venire potuissent, unus ex eis Waltherus, in placito Gundoldingin, quod vulgo lanttegdinch[2]) dicitur, cenobio Mon- | tis Angelorum, sub regimine venerabilis viri Waltheri dei permissione tunc Abbatis XL^{a}. tribus marcis, et XX. ^{ti} V. solidis, cum omni possessione | libere vendens erogauit, sub fidei quoque sponsione, velut sub nomine iuramenti, palam sanctuario, et Wernhero de Eschibach plebano, et | Chv̊nrado preposito nostro de Affoltre, domino Heinrico de Maltirs, Chv̊nrado villico de Hvnvile, Magistro Hermanno de Eschibach, Heinrico mvt- | lin causidico de sempach, Magistro Heinrico et Hartmanno et Johanne de Hochin[1]) et aliis quam pluribus, promittens abbati iam dicto, cum primo fratres sui | repatriauerint, quod eorundem prediorum resignationem infra

---

[1]) Siehe Anm. 2 auf der vorhergehenden Seite.

[2]) Landtegding = Landgericht.

XIIII. noctes vtiliter adimpleant et competenter, aut in obstagium Lucerie nobilis dominus Wal- | therus de Eschibach prefatus, Volricus de Bvttichon miles, Burchardus scultetus de Bremgarton, Heinricus de Sins, Chv̊nradus minister se presen- | tent sub nomine iuramenti, usque ad condignam satisfactionem, omni occasione remota mansuri. Huius rei testes sunt omnes supradicti et alii quam | plures. Acta sunt hec anno gratie domini M.CC.L.VI. quarto idus februarii, Gundoldingin vt prescriptum est. Huius etiam rei seriem comes Rv̊dolfus | de habspurch et comes Gotfridus et vterque de Eschibach sigillorum suorum impressione firmauerunt. Orig. D. 39.

Die Siegel des Walthers von Eschenbach und Ulrichs von Buttikon sind wohl erhalten, die zwei andern fehlen.

Druck: Herrgott, Geneal. II. 322. No. 396.

103.

1256. 2. Juli.

Die Edlen Arnold, Vogt von Rotenburg, und seine Söhne Arnold und Marchward übertragen die Vogtei an den Blatten zu Eschenbach, zu Ottenrüti und Isenringen, welche Ritter H. von Lunkhofen von ihnen zu Lehen gehabt hatte, an das Kloster Engelberg und empfangen dafür von diesem Kloster Grundstücke zu Berikon und Rudolfstetten.

Ne factum presens ausu temerario malignus quis deinceps fraudulenter infringere presumat, hec pagina tam futuris quam pre- | sentibus insinuat, quod nobiles domini Arnoldus advocatus de Rotinburch cum filiis suis A. et M. advocatiam illam | an din Blatton ze Esschibach et Uttinrüti et Isingeringin[1]), qua dominus Heinricus miles de Lunchuft ab eis | huc usque infeodatus fuerat, libere et absque omni repulsa cenobio Montis Angelorum contulerunt. Econtra vero | a dicto cenobio predium Berchein[2]) et Rv̊dolfstettin[3]) in concambio receperunt. Quod si queratur de tempore aut lo- | co, dicimus Anno gratie domini M.CC.L.VI. VI. nonas Julii ante estuarium in Rotinburch coram

---

[1]) Siehe Anm. 4 und 5 zu Nr. 99. pag. 73.

[2]) Berikon oder Berken, Pfr. Oberwil bei Bremgarten.

[3]) Rudolfstetten, Pr. Dietikon, Ct. Aargau.

testibus | Arnoldo et Marchwardo filiis advocati prefatis, domino Heinrico dapifero de rotinburch et Heinrico de Lun- | chuft, militibus, et fratre C. preposito de Affoltre, et Walthero de Lucerna, et alii sufficientes (sic). Orig. D. 41.

Siegel: Arnoldi Advocati de Rotinburc, etwas beschädigt.

Druck: Urkundenbuch v. Zürich, III. 57. No. 971.

104.

1256[1]). (Sine notis chronologicis.)

Der Edle Marchward von Wolhusen übergibt im Einverständniss seiner Gattin und Kinder dem Kloster Engelberg einen Hof zu Eschenbach und empfängt dafür tauschweise vom Kloster einige Güter im Entlibuch nebst 19 Mark Silber.

Ne temporis prolixitas posterorum pariat oblivionem, huic pagine duximus commendandum, quod nobilis vir dominus Marchwardus | de Wolhusin ex consensu coniugis et liberorum suorum cum cenobio Montis Angelorum sub venerabili viro Walthero dei | permissione Abbate hoc procurante, huiusmodi concambium inierunt. Prefati nobiles curiam in Esschibach dicto cenobio | cum omni possessione libere contulerunt, recipientes econtra in valle Entlibůch predia quedam Boingarton, in em Mose, | in em Holz,[2]) tres libras annuatim solventia, insuper X. et novem Marcas argenti receperunt, tali conditione vi- | delicet, ut sepedicti nobiles huius emptionis sponsione deinceps tenerentur, prout sepefatum eis cenobium redi- | bere (sic) tenetur. Hanc veritatem nobilium confratrum de Wolhusin Waltheri et Marchwardi sigilla confirmaverunt. | Orig. D. 44.

Siegel: S. WALTHERI . DE . WOLHVSIN . schildförmig, gut erhalten;
S. . . . WARDIS . De . ROTINBV ✱. rund, etwas beschädigt.

---

[1]) Ueber das Datum und die Siegel dieser Urkunde siehe: Versuch v. Engelberg, Seite 84, Anm. 1. — und Annal. Straum. I. 2. pag. 267. 268.

[2]) Baumgarten und Moos, zwei Höfe in der Gemeinde Entlebuch; Holz, in der Gemd. Doppelschwand, Ct. Luzern. Alle drei sind Nachbarhöfe. (Professor J. L. Brandstetter.)

105.

1257. 1. Febr.

Der Edle Conrad von Eschenbach tritt, dem Beispiele seiner Brüder folgend, den von jeder Servitut freien Hof Hunwil mit der Advocatie und voller Gerichtsbarkeit an das Kloster Engelberg ab.

In nomine sancte trinitatis. Ne cum tepmore labatur quod gestum est in tempoŕe, scriptum presens non solum modernis, verum etiam | futuris insinuat, quod nobilis ille dominus Chv̊n-radus de Eschibach[1]) curiam Hunwile[2]) cum suis appenditiis, hoc est, cum Advocatia, | cum universis fructibus eidem curie attinentibus, cum integra iurisdictione, vacuam et liberam ab omni servitutis onere, resi- | gnans, velut et fratres illius antea fecerant, sic liberrime manumittens eam cenobio montis Angelorum erogavit. | Exhinc vir providus et discretus Waltherus[3]) prelibati cenobii Abbas ad suffocandas cuiuslibet fraudulentie fauces, | ad eliminandas totius adversitatis insidias, testes, locum, tempus sic asscribi precepit. Assignans locum apud ecclesiam | Hêbin-chon[4]), assignans tempus anno gratie domini M.CC.L.VII. die februarii I⁰., assignans testes dominum Marchwardum de | wol-husin, dominum Heinricum de Heideke et filium suum C., dominum Ulricum de Rvseke, dominum Ulricum de Bvttinchon, | Ar. dapiferum de Wolhusin, milites; literatos autem plebanum de Rvswile, C. plebanum de Elmingrin, Chv̊nonem capella- | num, dominum Waltherum de A., Waltherum ministrum de Hvnwile et filium eius Johannem de Hiltisriedin, Heinricum de | Maltirs, Vlricum de Iberch et fratrem eius Heinricum, et alios quam plures. Hanc tandem veritatem prefatus C. de Eschi- | bach sigilli sui probauit impressione. | Orig. D. 42.

Das Siegel hängt wohlerhalten.

---

[1]) Leutpriester in Seengen und Bruder der Edlen Walther und Berchtold v. Eschibach.

[2]) Ist nicht der verschwundene Hof mit der ehemaligen Burg Hunwil in Giswil, Obwalden, sondern Huwil in der Pfarrei Römerswil, Ct. Luzern, nahe bei Eschenbach und den Gütern des Klosters in Hocken, Holzhüsern, Kühschwand. (Urkundenbuch v. Zürich, II. 6. Anm 3.) Vrgl. die vorhergehenden Nrn 101—102, und die nachfolgende Nr. 106.

[3]) Walther I. de Iberg, reg. 1250—1267.

[4]) Ebikon, Ct. Luzern.

106.

1257. 8. Mai.

Die Edlen Walther und Conrad von Eschenbach erklären öffentlich vor Zeugen auf der Brücke zu Luzern, dass sie sich bezüglich der wegen den Höfen in Hunwil und Hocken entstandenen Streitfrage mit dem Abt und Convent von Engelberg friedlich vereinbart haben.

Quia memoria hominum labilis est et quandoque uacillans et ad modum aque defluit decurrentis, | ideo sollers antiquorum prouidentia solebat sua facta ceratis tabulis annotare, quos nos moderni imitantes | nostra modo simili cartulis annotamus. Nouerint ex hoc tam presentes quam futuri, quod inter Waltherum et C. | nobiles de Eschibach fratres ex una, et inter dominum abbatem de monte angelorum et suos confratres ex altera, | quedam discordia et contentio uersabatur, videlicet pro curia sita in Hunwile[1]) et in Hokken, aliisque locis. Quidquid | autem predicti Wal. et C. contradictionis adversus domiuum abbatem et suos habebant, publice dimiserunt, et ad uni- | onem vere compositionis istis, quorum nomina sunt subscripta, presentibus ducebantur in ponte lucernensi: Waltherus | de Wolhusen, petrus de Hunoberch, v̊l. de bv̊chonnase, v̊l. de Butinchon, H. de Rvtinze, Wal. | minister de hunwile, H. de Malters, p. in ponte, H. filius coci, Wal. dictus stangli, et frater suus v̊l. suusque filius. W. | R. de ingwile, et v̊l. struppe in huius rei testimonium est presens carta sigillo predictorum dominorum de eschibach roborata. | Hec etiam acta sunt anno domini M.CC.L.VII. Indictione VIII. idus maii. Orig. D. 43.

Die Siegel fehlen.

107.

1257. mense Junio.

Die Brüder Walther und Marchward, Edle von Wolhusen, verkaufen mit Einwilligung des Ritters Petrus von Stritschwanden ein Gut bei Alpnach, womit dieser von ihnen belehnt war, dem Magister Heinrich von Kerns.

Quoniam lites plurimas et questiones multas interimit (sic), si posteri fidem altere de retroactis astruat scripturarum aucto- |

[1]) Siehe Note 2 zur vorhergehenden Urkunde.

ritas efficax attestatrix (sic)[1]). Quia memoria hominum vicissitudine temporum ex facili labitur; transit enim quod loquimur, | manet quod scribimus. Nouerint igitur universi tam presentes quam futuri, quos presens scriptum nosse fuerit oportunum, | quod nos Waltherus et Marquardus fratres de Wolhusen cum consensu puerorum nostrorum predium nostrum situm apud Alpinach in | intramontanis, per quod dilectus fidelis noster P. miles de Stritswandon[2]) infeodatus exstitit, cum ipsius ac heredum suorum consen- | su et fauore, proprietatem ipsius feodi ad nos pertinentem sine dolo ac qualibet contradictione cessante, libere et absolute ad manus | magistri Heinrici de kerns vendicavimus[3]). Testes autem, qui nouerunt, et huic vendicationi pariter interfuerunt ad formam | prescriptam magis, sicut moris est, certificandam subscribuntur, quorum primus: Dominus Růdolfus miles de Tuna Dominus | Petrus de stritswandon, Dominus ůlricus de Gruoninberc, Dominus Arnoldus dapifer de Wolhusen, Dominus Vlricus miles de Růdinswilere, Dominus Heinricus | de maltirs, Burcardus de maltirs, Waltherus filius suus, C. de maltirs, Waltherus de Swingruobon, et burcardus de hohinegge, Vlricus de So- | pinse, Růdolfus de Sopinse et Magister Cůno dictus ab dir mattun, Hermannus de Herfenstege, Burcardus Rost, Waltherus stangili et Wernerus | iuxta Ripam. Ut autem rata et illibata conserventur, munimine Sigillorum nostrorum presentem cedulam duximus roboratam (sic)[4]). | Acta sunt hec anno domini M.CC.L.VII. Mense Junio.

Orig. D. 61.

Die Siegel fehlen; zwei Einschnitte im Pergamentblatte zeigen noch die Stelle derselben.

---

[1]) So dieser unklare Satz, wozu Straum. I. 362 bemerkt: ... quem tu, mi lector, ex prima constructione vel periodo hujus Instrumenti capis sensum? ... Notarius in eo culpari debet, quod aut formam communem secuturus unum alterumve verbum omiserit, aut neglecta communi forma novam elegerit.

[2]) Stritschwanden, ehem. Ritterburg bei Stritmatt, Pfr. Wolhusen Ct. Luzern.

[3]) Statt: vendidimus.

[4]) Sollte heissen: roborandam.

108.

1257. 3. Oktob.

Die Brüder Gottfried, Rudolf und Eberhard, Grafen von Habsburg, verkaufen dem Minister Rudolf von Sarnen, dem Conrad und Walther von Margumetlon ihr Gut zu Sarnen, das ein Erträgniss von 9 Zigern abwirft und frei von jeder Belastung sein soll, wofür sich die Verkäufer zur Bürgschaft verpflichten. Orig. D. 60.

Die Siegel fehlen.

Druck: Geschichtsfreund, XIV. 242. — Herrgott, Geneal. II. I. 334.

109.

Sine notis chronologicis.

Die Brüder Gottfried, Rudolf und Eberhard, Grafen von Habsburg, verkaufen ihre Grundbesitzungen zu Alpnach, Kägiswil und Sarnen an mehrere ihrer Getreuen daselbst.

In nomine domini Amen. Quia memoria hominum uicissitudine temporum incumbente ex facili labitur, transit enim quod loqui- | mur, manet quod scripturarum attestationibus commendatur. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam posteri, quos presens scriptum | nosse fuerit oportunum, quod nos fratres Gotfridus, Rv̊dolfus et Eberhardus, Comites de Habispurc, predium nostrum situm in intra- | montanis apud Alpinach quatuor saraciorum[1]), in Caginswile quatuor, minus duobus solidis, in Sarnon decem saraciorum redditus et | dimidio, Vlrico Hasilario de Alpinach, magistro[2]) H. de kerns, et magistro Burcardo dicto de zubun, et Rv̊dolfo ministro de Sarnon, Cv̊nrado | de Einwile, Walthero de obirndorf, magistro Heinrico im prato, fidelibus nostris sine dolo ac qualibet fraude, que mentibus hominum modo | quolibet pronuntiari uel excogitari

---

[1]) Gewöhnl. seracium, von „serum“ = Ziger. Von acht Käsen gab es einen Ziger.

[2]) Magistri oder Meister wurden die Sennen genannt. Straum. Annal. I. 358.

potest, nec non contradictione cuiuslibet cessante, et suis heredibus libere vendicauimus. Preterea dictum | predium vbicumque titulo pignoris, seu quocumque obstaculo a nobis obstinatum uel obligatum exstiterit tenemur exsoluere, liberum ip- | sis et ab omni penitus impedimento resolutum erogare; quod si non fecerimus, prefatus Rv̊dolfus Comes unâ cum Advocato Juniori de boizcon(?) | et domino C. milite de Wulfelingen sine qualibet contradictione apud Sempach propriis exspensis ibidem perfruendis in obstaginm se te- | nentur presentare. De inde numquam recessuri, quo usque dictum promissum effectui mancipetur. Inducuntur testes, qui nouerunt | et huic facto interesse curauerunt: Dominus Advocatus Junior de boizchon, Dominus Cv̊nradus miles de Wulfelingen, Scultetus de Sempach | et alii quam plures. Item ut hec secundum formam prescriptam rata et illibata conseruentur, presens scriptum munimine Sigillorum nostrorum nec | non venerabilis in Christo Prepositi Beronensis loco fratris nostri Eberhardi, qui proprio caret Sigillo, duximus roborandum. Orig. D. 57.

Die drei Siegel hängen beschädigt.

110.

1258. 24. Mai.

Abt Walther von Engelberg kauft vom Grafen Gottfried von Habsburg und seinen Brüdern die Vogtei in Nordinchon.

Cum temporis prolixitas memorie nouercari soleat, placuit scriptis commendari, quod ad | memoriam futurorum forsan erit necesse reuocari. Providus ergo vir et reuerendus Waltherus | montis angelorum abbas omnibus hanc paginam deinceps audituris intimat, quod ipse de comite | Gotfrido et suis confratribus de hapspurch, aduocatiam quandam Nordinchon[1]) ab omni seruitutis one- | re liberam, VII. libris Turicensibus comparauit, et hoc factum est in Sempach, anno gratie domini M.CC.L.VIII. | nonis kal. Jvnii. Huius rei testes sunt dominus Waltherus de Wolhvsin, Marchwardus | et Arnoldus de Rotin-

[1]) Notikon, Pfr. Baar, Ct. Zug.

burch, C. de Wulflingin, R. de Eiche milites, Schollo mutlini confratres | ambo, et cum aliis quam pluribus R. de Barro. Hec ueritas prefati G. comitis de hapspurch | sigillo confirmata impresso. Orig. D. 55.

Das Siegel fehlt.

Druck: Herrgott, Geneal. II. I., 339.

111.

1259. 3. Januar.

Mit Genehmigung der Aebtissin Mechtild von Zürich vergabt Schwester Gertrud die ihr zugehörige Hälfte des bei dem Franziskanerkloster in Zürich gelegenen Hauses an das Kloster Engelberg.

Mechthildis dei gratia Turicensis Abbatissa ordinis sancti Benedicti, Constantiensis Diocesis, vniuersis presens scriptum | intuentibus notitiam rei geste. Quia omnium habere memoriam et in nullo errare potius est di- | uinitatis quam humanitatis, et ut materia calumpniose litigandi presentibus et posteris amputetur, ideo | ea que geruntur scripture testimonio perhennantur. Nouerint igitur vniuersi, quod Gertrudis conuersa manu | Volmari dicti Wolfleibsche, quem sibi secundum consuetudinem approbatam in presentia Burchardi Sculteti Turicensis | legitime aduocatum elegit, proprietatem dimidie domus site prope claustrum fratrum minorum in Turego, cui contigua | est domus dicti. . Holzôphel ex una et domus Gerdrudis de Gattinkon[1]) ex parte altera, de consensu et | conniuentia Adelheidis conuerse dicte de Constantia, cuius est reliqua dimidia pars domus prefate, contulit monasterio nostro | in manus nostras resignando ea conditione adiecta, quod predictam domus mediam partem . . . Abbati et Conuentui montis | angelorum ordinis sancti Benedicti, predicte Diocesis, pro censu unius denarii monete Turicensis in Exaltatione sancte crucis | nostro monasterio persoluendo concederemus iure hereditario perpetualiter possidendam. Quam domum cum resignatione | debita recepimus, eandem predicto

---

[1]) Gattikon, Pfr. Thalwil, Ct. Zürich. Vergl. Nr. 89. vom Jahre 1251—1254

Abbati suoque Conuentui pro censu memorato modo predicto iure hereditario conce- | dentes, ut ab eisdem eorumque successoribus sine contradictione qualibet possideatur inconvulse. Testes huius rei sunt: | Hesso sacerdos, Waltherus sacerdos confrater dicti Abbatis, magister Vlricus Canonicus Turicensis, Heinricus miles dictus Brvno | cum H. et C. filiis suis, Waltherus dictus Slivzzelli, H. dictus Milcheli ciues Turicenses et alii quamplures. Datum | Turegi et actum in Octava Johannis Euangeliste anno domini M.CC.LVIIII., Indictione secunda. Orig. D. 62.

Das Siegel der Aebtissin Mechtild ist etwas beschädigt.
Druck: Urkundenbuch, Zürich III. 132. Nr. 1048.

112.

1259. 18. März.

Papst Aexander IV. verleiht dem Kloster Engelberg das Privileg, dass es nicht zur Uebertragung der kirchlichen Einkünfte und Pfründen, deren Collaturrecht ihm zusteht, an irgend Jemanden angehalten werden könne, noch dass dies ein Anderer thun dürfe.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis . . Abbati et Conuentui monasterii montis angelo- | rum ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Paci et tranquillitati uestre paterna uolentes | in posterum sollicitudine prouidere, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut ad prouisionem | alicuius in pensionibus uel beneficiis ecclesiasticis ad uestram collationem seu presentationem spectantibus | compelli non possitis inuiti, neque de ipsis cuiquam prouideri ualeat per litteras a sede apostolica seu legatis eius | impetratas, dummodo non sit per eas ius alicui acquisitum, uel de cetero impetrandas, nisi dicte littere apo- | stolice impetrande plenam et expressam fecerint de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum lice- | at hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemp- | tare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incur- | surum. Datum Anagnie XV. kal. Aprilis | . Pontificatus nostri anno Quinto. — Orig. A. 13.

Die Bleibulle hängt an rot-gelber Seidenschnur.

113.

ca. 1261.

Bertold von Wolfenschiessen vergabt dem Kloster Engelberg den vierten Teil der Bannalp, sechs Schilling ertragend, wofür es für dessen Vater und Brüder sel. jährlich eine feierliche Gedächtniss zu halten verpfiichtet ist.

Significamus omnibus hoc scriptum audituris, quod dominus Bertoldus beate memorie de Wolvunschesin ad reconciliandum quidquid in remediis animarum Egelolfi patris sui, Henrici, Burchardi, Arnoldi, Egelolfi beate memorie fratrum suorum per negligenciam debet predium quartam partem Banalpe,[1]) solvens sex solidos, contulit cenobio montis angelorum, per quod congregationes pauperum in conuersione Pauli secundum posse suum reficiantur annuatim, ut ipse campanis pulsare, in vigiliis et orationibus et misse solemniis predictorum anniuersarium semper deuote celebrare non omittant.

Cop. ex Cod. ms. 4/23. D. 152 d.

114.

1261. 25. Aug.

Graf Rudolf von Habsburg schenkt sein Haus mit Hof und Garten in Bremgarten dem Abt Walther und Convent zu Engelberg als freies, lediges Eigentum.

Uniuersis presentem paginam inspecturis. Rudolfus Comes de Habsburg Lantgrauius Alsatie Noticiam | subscriptorum. Ea que geruntur in tempore ne transeant cum tempore, litterarum solent apicibus commendari. Nouerint igitur | presentes et futuri, quos nosse fuerit oportunum, quod nos domum, curtem seu aream nostram in Bremgarton, que hactenus di- | cebatur domus comitis et ad nos spectabat iure proprietatis, cum horto et ceteris appenditiis nobis competentibus, Reuerendis | in christo, Walthero abbati totique Conuentui Montis angelorum et ipsorum monasterio legitimo donationis titulo liberaliter |

---

[1]) Bannalp, oberhalb der zur Pfarrei Wolfenschiessen gehörenden Filiale Oberrickenbach.

contulimus possidendam, ea condicione, ut ipsi eandem domum restaurent et edificent, sicut nostro et suo viderint expedire | commodo et honori. Ea nichilominus annexa conditione, ut de predicta domo nec stipendium, nec vigilationis cura nec | aliquid seruitii per nos vel nostros officiales ab eisdem exigatur, sed possideant pacifica et quieta libertate. Et ut hec | maiorem habeant firmitatem, presens instrumentum Sigillo nostro duximus roborandum. Acta sunt in Mure anno domini M. | CC.LXI. in crastino Bartholomei, indictione IIIIa. Testes huius rei sunt: G. Comes de Habisburg, et Eberhardus suus (frater), Jo. | et Hugo fratres nobiles de Wossinberg, Vol. de Rusegge et M. filius suus, Hartmannus de Baldegga, Berchtdoldus de Hallowile, | Heinricus de Remingen, Bernerus de Wile milites, B, scultetus, Dieth. de Wile, et alii quamplures. |

Orig. D. 65.

Das Siegel des Grf. Rudolfs hängt wenig beschädigt.

Druck: Herrgott, Geneal, II. I. 369.

115.

1261. vor 24. Sept.

Abt und Convent von Engelberg tauschen mit Propst und Capitel zu Interlacken ihr Besitztum in Rufenach bei Worb,[1]) das einen jährlichen Ertrag von 30 Schillingen liefert, gegen ein Grundstück in Gundolschaf[2]) bei Willisau, dessen Minderwert, weil nur 17 Schillinge abwerfend, mit fünf Pfunden ersetzt wird.

Copie, Gg. 15.

Original im Staatsarchiv Bern.

Drucke: Geschichtsfreund, XX. 308. No. 8. — Fontes rerum Bernens II. 529.

116.

1261. vor 24. Sept.

Gegenbrief zum Vorhergehenden und Annahme des genannten Tausches von Seite des Propstes und Capitels zu Interlacken.

Orig. D. 67.

Das Capitelsiegel, die Himmelskönigin auf dem Throne, ist gut erhalten

Druck: Geschichtsfreund, XX. 308. No. 9.

---

[1]) Im bern. Amt Konolfingen. — [2]) Gunterswil, Ct. Luzern.

117.

1261. 20. November.

Die Gebrüder Ulrich und Cuno, Edle von Reinach, treten die Vogtei in Bachtalen mit allen Rechten u. s. w. für zwei Pfund an den Abt Walther I. von Engelberg ab.

Quoniam memoria hominum labilis est, in successu temporis fiunt incognita. Proinde notum sit | tam presentibus quam futuris, quod nos Nobiles viri Ulricus et Cono (sic) fratres dicti de Rinacho, | parentum nostrorum accedente (consensu)[1]), advocaciam in loco qui uocatur bahctala[2]) uendidimus, viro | Religioso W. abbati montis angelorum, dictam aduocaciam pro duabus libris cum suis | appendiciis et iuribus, pleno iure quo tenebamus eandem aduocaciam, monasterio | prefato montis angelorum seu potestati dicti W. abbatis et conuentus uendicionis sub titulo | donantes, ius et proprietatem ipsorum bonorum in eos penitus transferendo. Renunciamus | itaque pro nobis et nostris heredibus, et inpeticioni, per quam uel occasione cuius contractus ante | dictus, seu uendicio inter nos et abbatem posset in aliquo cauillari, siue qualibet industria inpedimentum aliquoddam | generari. In cuius euidenciam facti presens instrumentum ad petitionem parcium supradictarum est confectum | et sigillo Nobilis viri de arburc est roboratum . testes huius rei sunt: Johannes plebanus de surshe, Con- | radus monachus montis angelorum, Burcardus de holdurn, Wernherus de irflincham (sic), burcardus de Towolswile,[3]) arnoldus | dictus trutman, chono frater suus, et alii fide digni. Acta sunt hec proxima dominica ante festum beati | Chonradi episcopi . anno domini M.CC.LX primo . indiccione quarta. — Orig. D. 66.

Das Siegel: „Wol . de Arburc canonici beronensis“ ist vollkommen erhalten.

118.

1262. 9. Juni.

Diethelm von Zug verkauft die Vogtei zu Aesch für vierthalb Pfund Pfenninge an das Kloster Engelberg, und verpflichtet sich zu voller Bürgschaftleistung.

---

[1]) ist im Orig. ausgefallen. — [2]) Bachtalen, bei Kulm, Ct. Aargau.
[3]) Dogelzwil, urk. Toboldswile, Pfarrei Sursee.

Quoniam memoria hominum labilis est et successu temporum visa et audita labuntur et fiunt | incognita, prouide notum sit tam modernis quam posteris presentem cedulam inspecturis, quod ego Teithe- | mus[6]) de Zuge aduocatiam illam, quam emi de Vlrico Nobili de Hedingin, eandem aduocatiam | que sita est vffere Esce[1]), vendidi cenobio montis angelorum pro quarta dimidia libra denariorum | iure, quo ipsam possedi, renuntians libere et expresse omni iuri, actioni legum et canonum | et (in[2]) integrum restitutioni, que mihi super repetitione predicte aduocatie in posterum competerent et competere | viderentur. Ad prestandum etiam plenam Warandiam[3]), sicut de iure teneo[4]), predicto cenobio me firmius | obligo per presentes. In cuius rei testimonium presentem cedulam dominus Comes de kiburch sui si- | gilli karactare (sic)[5]) consignauit. Testes huius rei sunt dominus Vlricus de arburch Canonicus Beronensis, Jo. | vicarius in Sursee, Tiethel[6]) minister eiusdem loci, Bur. de holdern, Jo. de Gowison, Vol. de | stophen, Wern. tabernarius de Etiswille et ego prepositus montis angelorum. Dicta (sic) sunt hec | in surse anno domini M.CC.LX.II., V. Jdus Junii indictione quinta. Orig. D. 68.

Das Siegel des Grafen Hartmann v. Kiburg ist gut erhalten.

Drucke: Urkundenbuch Zürichs, III. 272. No. 1182. — Herrgott, Geneal. II. I. 374.

119.

1264. 1. Novemb.

Albert von Parma, päpstlicher Nuntius und Steuereinzüger in Deutschland, bescheinigt dem Kloster Engelberg den Empfang der dem apostolischen Stuhle schuldigen Steuer für vier Jahre.

---

[1]) Ist wohl „Aesch“ im Ct. Luzern, oder nach Urkundenbuch l. c. bei Birmensdorf, Ct. Zürich.

[2]) im Orig. ausgsfallen. —

[3]) Bürgschaft. —

[4]) statt „teneor.“ —

[5]) statt: caractere.

[6]) sic, statt „Tiethelmus.“

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Albertus de parma domini Pape Scriptor et Nuncius super censibus colligendis in alamannie partibus, qui | ecclesie Romane debentur, a venerabilibus uiris . . abbate et Conuentu monasterii de monte angelorum ordinis sancti benedicti Constanciensis diocesis, pro censu quem | tenentur ecclesie Romane predicte singulis annis, scilicet unam monetulam auream recepisse fatemur, in Ciuitate Constanciensi in festiuitate omnium sanctorum | sub anno domini M.CC.LXIIII., sub testimonio venerabilium-uirorum . . archidiaconi Constanciensis per Burgundiam, . . prepositi sancti Ste- | phani et Guardiani Minorum fratrum Constanciensium, Triginta duos denarios Turicenses pro ualore quatuor monetularum aurearum, octo | denariis turicensibus quelibet monetula computata, pro quatuor annis proxime preteritis completis, XV. kal. Julii proxime preteritis, visa | cautione preterite solutionis facte Magistro Beraldo Canonico adriensi tunc super eisdem censibus colligendis Sedis apostolice nuncio speciali. | In cuius rei testimonium presentes litteras nostri Sigilli vna cum sigillis predictorum archidiaconi, prepositi et guardiani fe- | cimus appensione muniri. Datum Constancie die et anno predictis. Orig. A. 36.

Genannte vier Siegel hängen beschädigt an der Quittung.

120.

1265. 1. Decemb.

Wernher, Diethelm und Marchward, Edle von Wolhusen entsagen gegenüber dem Kloster Engelberg ihrem vermeintlichen Eigentumsrechte auf drei Leute in Hoken, werden jedoch durch Vermittelung der Schiedsrichter für diese Verzichtleistung vom Abte mit acht Pfunden gangbarer Münze entschädiget.

In nomine domini Amen. Pateat uniuersis presentium inspectoribus, quod Nos, Wernherus, Diethelmus | et Marchwardus Nobiles fratres de Wolhusen, omni peticioni sev impeticioni, que nobis commvniter vel | particulariter in hominibus

vel contra homines de Hoken[1]), videlicet Heinricum, Lvicardim mulierem et eius | prolem competebat aut competere uidebatur, assumptis arbitris domino Vlrico Nobili de Arburg, domino | Thietrico de Hallewile canonicis Beronensibus, domino Chv̊nrado plebano in Hasile, et Chv̊nrado vf der Rv́se ciue Lucernensi | mediantibus, renunciauimus et presentibus renunciamus sponte publice legitime et expresse, ad manus viri | Reuerendi domini Waltheri Abbatis Montis angelorum nomine ipsius monasterii, in huius renunciationis nobis recompensa- | tionem octo libris monete vsualis ab ipso domino Abbate assignatis. Ad hec renunciamus in premissis beneficio | restitutionis in integrum, iuri canonico et ciuili, consuetudini, et constitutioni edite uel edende, necnon omnibus | per que uel occasione quorum iidem dominus Abbas aut monasterium ipsum seu homines supradicti possent in posterum | molestari. Testes hiis presentes: dominus Marchwardus de Baldegge canonicus Beronensis, dominus Rv̊dolfus miles de Barre, | Waltherus et Petrus fratres de Malters, Heinricus de Iberg et Arnoldus fratres. In euidentiam itaque et | ratihabitionem omnium premissorum personas nostras sine cuiuslibet doli scrupulo obligantes presens instrumentum | sigillis, videlicet Wernheri et Diethelmi, quo et quibus ego Marchwardus contentus esse volo, dictorumque domini Vlrici et Diethelmi | canonicorum Beronensium fecimus roborari. Datum et Actum in ponte Lucernensi intra villam. Anno domini Millesimo CC.LXV. kal. Decembris. Indictione Nona. | Orig. D. 45.

Die vier Siegel hängen teilweise beschädigt.

121.

1266. 27. Juli.

Ein Streit zwischen dem Kloster Engelberg und den Brüdern Peter und Johann von Cham wegen Besitzungen in Hasenberg wird durch einen vermittelnden Schiedspruch geschlichtet, laut welchem das Kloster seine dortigen Liegenschaften den genannten Brüdern und ihren Erben gegen den jährlichen Zins von 100 s. g. Kam-Balchen[2]) als Erblehen zu überlassen hat.

---

1) Hoken, Bauernhof, Gmd. Rotenburg, Ct. Luzern.

2) Kambalchen sind Fische aus dem See bei Cham.

Uniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Waltherus diuina permissione Abbas et Conuentus Montis angelorum noticiam subscriptorum. Uniuersi- | tati uestre presentibus innotescat, quod cum lis seu controuersia aliquamdiu inter nos ex una, et Petrum et Johannem fratres de kamo, et Mectildim matrem eorundem, | ex parte altera super possessionibus in Hasenberch[1]) et censibus siue prouentibus ipsarum verteretur, tandem mediante consilio bonorum virorum in arbitros, videlicet Reuerendum | in Christo dominum. . Abbatem de Capella, Jacobum Decanum in kamo, et Diethelmum Ministrum de Zuge, a partibus sub pena viginti Marcarum ipso arbitrio vallato | exstitit conpromissum. Qui arbitri causa tota et cause circumstantiis diligenter examinatis, in hunc modum arbitrando sententiarunt, ut tam nos quam predicti | fratres et ipsorum mater ab omni inpeditione siue actione quantumcunque iusta vel etiam minus iusta, quas ad invicem habebamus, alterutrum absolueremus, quod statim a partibus et sine | dilatione fuit adimpletum. Predicti etiam arbitri nobis sub pena prenotata demandauerunt, ut iam dictas possessiones de Hasenberch eisdem fratribus et eorum heredibus | iure hereditario pro annuo censu, videlicet censum (sic)[2]) piscibus, qui Kambalche nuncupantur, nobis et nostro Monasterio in festo sancti Galli persoluendis concederemus. | Nos vero arbitrorum sententias per omnia adimplere cupientes, predictis fratribus iam dictas possessiones iure hereditario concedimus et assignamus pro censu memorato | perpetuo possidendas et habendas. Nos autem predicti fratres Petrus et Johannes et Mectildis mater eorundem omnia premissa rata et grata habentes, predictas possessi- | ones iure hereditario recepimus possidendas. Huius rei testes sunt: Waltherus et Rv̊dolfus prepositi Montis angelorum, Jacobus Decanus in Kamo, Arnoldus plebanus | in Rüsche, Heinricus viceplebanus in Zuge, Petrus de Hunoberch, Waltherus nepos suus, Johannes de Bůches, milites, Johannes ab dem Hus,

---

[1]) Weiler in der Gmd Wyden und Pfr. Eggenwil, Bez. Bremgarten.

[2]) Schreibfehler: s tatt t; soll heisen „centum."

Rvdolfus de Retsche- | rieden, Vlricus engelhart, Vlr. Bermiser, Wernherus zvinfer, et alii quam plures. In cuius rei testimonium Nos partes, presentes litteras fecimus conscribi duplica | tas, et sigillis Reuerendorum in Christo, de Capella, et de Monte angelorum Abbatum, Jacobi Decani in kamo et domini Petri de Hůnoberch, firmiter robo- | rari. Acta sunt hec in Capella de Zuge, anno domini M.CC.LXVI. VI. kal. Augusti. Indictione Nona.[1]) — Orig. D. 46.

Die zwei Siegel der Aebte gut erhalten, die zwei andern beschädigt.

122.

1267.

Gertrud, Wittwe Friderichs von Teufen testiert ihrem Schwiegersohne Ritter Eberhard von Heinkart die Hälfte ihrer Güter mit der Bedingung, dass er innert dem ersten Halbjahr nach ihrem Tode dem Kloster Engelberg acht Mark Silber für ihr Seelenheil vollauf und ohne Zögerung bezahlen solle.

Uniuersis presentem paginam inspecturis, Gerdrudis relicta domini Friderici quondam militis dicti de Tuifen[2]), orationes suas cum noticia subscriptorum. | Ut uoluntas hominum super suis tractatibus quibuscunque post huius carnis exitum etiam future posteritati serenius innotescat, literarum signaculis alli- | gatur, et imposterum ut iniquorum iniusta litigia, si forsan orta fuerint, conticescant. Nouerit igitur etas tam presentium quam futurorum, me Ger- | drudim relictam domini Friderici militis dicti de Tuifen, domino Eberhardo militi dicto de Heinkart, meo genero, medietatem bonorum meorum tradidisse, postquam in fata migrauero, libere possidendam, hoc pacto, ut octo marcas argenti debeat in mee remedium anime ad cenobium montis angelorum | Christi pauperibus erogare, ut, dei clementia suffragante, in electorum agmine ualeam computari; hoc etiam adiecto, quod infra spatium medii anni |

---

[1]) Vgl. die Urkunde von 1242. 23. Apr. Nr. 80.

[2]) Teufen, ehem. Burg in der Pfarrei Rorbas an der Töss, Ct. Zürich.

eiusdem, dico, quo ab ergastulo carnis fuero liberata, plene solui debet ad dictum cenobium Eingelberch, pecunia prelibata, nulla dila- | tione omnimode consequente. In huius rei testimonium domini mei Gotfridi illustris comitis de Habspurch sigillo, cum proprium non habeam, pre- | sentem cedulam consignaui. Acta sunt hec Lofenburch, anno domini M.CC.LX.VII. Indictione VII. presentibus infra scriptis, videlicet ipso domino comite | Gotfrido, domino B. clerico de Gůtenburch, B. pincerna, Chůnrado de Wuilfelingen, Heinrico dicto de Wangen, militibus, Erlawino dicto de | Bilstein, aliisque pluribus fide dignis.[1])

Orig. D. 69.

Das Siegel fehlt.

Druck: Herrgott, Geneal. II. I. 406.

123.

1267. 8. Juli.

Gütertausch zwischen den Gebrüdern Walther und Conrad von Wolfenschiessen und dem Kloster Engelberg.

Noverint omnes hoc scriptum audituri, quod filii domini Berchtoldi de Wolvenschesin[2]) Waltherus et Cůnradus quidquid habuerunt sub nomine feodi de cenobio Montis Angelorum, hoc in concambium tribuerunt eidem cenobio, et postea receperunt sub hereditatis titulo, dantes annuatim unum equi ferrum cum VI. clavulis eidem cenobio. hec bona sic nuncupantur: Wisoberch, Vallinbach, Altzeldun, Wolvunsches.[3]) econtra ipsi cenobio dederunt Rubespalme, Tagilstal, Vurrun.[4]) Acta sunt hec anno gracie domini M.CC.LXVII. mense Julii in festo Kiliani.

D. 152. e.

Copia ex Codice ms. I4/23. fol. 151.a in Bibliotheca.

---

[1]) In einem zweiten gleichlautendem Briefe, mit gleichem Datum und Siegler, verpflichtet diese Wittwe Gertrud auch ihren andern Schwiegersohn Berthold, dem sie die übrige Hälfte ihrer Güter testierte, ebenfalls zur Abgabe von 8 Mark Silber an das Kloster Engelberg nach ihrem Tode. [2]) Vgl. Urk. von 1261. No. 113. — [3]) Wiesenberg, Fallibach, Altzellen, Wolfenschiessen, in Nidwalden. — [4]) Rugisbalm, bei Grafenort; Dagenstall und Fürren, Alpen in Engelberg. —

124.

1268. 19. Juli.

Mechtild, Aebtissin von Zürich, urkundet, dass mit ihrer Bewilligung Rudolf der Dienstmann ihres Stiftes sein Landgut in Rossau gegen die Liegenschaft des Klosters Engelberg zu Notikon vertauscht habe und dass die beiden Ritter Walther von Yberg auf die Vogtei des Gutes Rossau verzichten.

Universis presentem paginam inspecturis, M. diuina permissione abbatissa Turicensis, in perpetuum. Ea que geruntur | ne unquam valeant inpugnari calumpnia, ut litibus obuietur et generi hominum consulatur, scripture testimonio perennatur. Nouerint | igitur, quos nosse fuerit opportunum, quod reuerendi in christo abbas et conuentus montis angelorum predium suum situm in nordinchon,[1]) reddens | annuatim V. modios tritici et unum quartale mensure Turicensis, R. de nordinchon, seruo monasterii nostri, sueque vxori et liberis, nostro ad hoc accedente consensu, pro predio sito in villa rossowe[2]), tantundem reddens annuatim, permutando donarunt et tradiderunt. | Idem etiam R. et uxor sua et liberi sui Vlricus et R., Berta et Ita, Eisdem abbati et conuentui predium in Rossowe prelibatum | permutationis titulo sine dolo et fraudis scrupulo donarunt et tradiderunt libere, quiete et pacifice possidendum perpetualiter. | Preterea Waltherus senior miles, et H. filius suus, et Waltherus miles iunior confrater eiusdem, dicti de yberc, cesserunt omni iuri aduocatie | si quod habebant in predio Rossowe, et homagio, quod dictus R. eis fecerat ratione predii Rossowe prelibati, ius | et homagium predicto predio Nordinchon imponentes, eo modo quo poterant et debebant secundum petitionem R. suorumque liberorum ville | prenotate et terre consuetidinem. Ad habundantem etiam cautelam idem R. de Nordinchon dictis abbati et conuentui Montis | angelorum predium in Nordinchon, quod ab eis permutationis titulo recepit, obligauit

---

[1]) Notikon, Pfr. Baar, Ct. Zug — [2]) Rossau, Pfr. Mettmenstetten, Ct. Zürich.

ad X. annos eo titulo, qui in vulgari | dicitur ursarium,[1]) si interea predium Rossowe coram quoquam iudice ipsis sententialiter fuerit ablatum, vel minoratum, eisdem de | predicto predio per se et suos liberos warandiam plenam et securam coram quolibet iudice prestando. Ipsi etiam abbas et | conuentus dicto R. de nordincon suisque liberis et successoribus permutationem premissorum bonorum sino dolo et qualibet | captione se promiserunt ratam et gratam habituros, pro se suisque successoribus renuntiantes utrimque in integrum restitutioni, et omni | actioni, exceptioni, consuetudini, edicto edito vel edendo, priuilegio inpetrato vel inpetrando, et omni fauori legum | et canonum, et consuetudini feodorum, per que vel per quod huiusmodi permutatio prediorum et homagii ratione advocatie, vel quocunque modo | inpugnari posset vel etiam reuocari. In cuius rei testimonium, et ad habundantem cautelam presens Instrumentum nostri sigilli | et dictorum abbatis et conuentus montis angelorum, et Waltheri, et Wal. de yberc confirmatum petierunt et obtinuerunt communiri vtrique | parti uno Instrumento remanente. Datum anno domini M.CC.LXVIII., XIIII. kal. augusti Indictione XIa. Orig. D. 56.

Von den fünf Siegeln hängt nur noch das: Wal. iunioris de Iberg.

125.

1269.

Marchward von Hasle vergabt dem Kloster Engelberg den Hof zu Bottigen mit jährlichem Zinse eines Schillings, den auch seine Erben zu entrichten haben. Im Unterlassungsfalle fällt das Gut dem Kloster als Eigentum zu.

Notum sit omnibus hoc scriptum legentibus vel audientibus, quod Marchwardus de Hasle dictus de Bottingin,[2]) divino tactus spiritu ob remedium et salutem animæ patris sui Marchwardi,

---

[1]) verb. corruptum pro „ordalium," quod iudicium, purgationem vulgarem, seu modum criminis purgandi significat. Gottesgerichte im Mittelalter.

[2]) Bottigen, Pfr. Meiringen, im bern. Amt Oberhasle.

cuius anniversarium est VIII. Idus Octobris, et aliorum parentum suorum contulit Monasterio nostro scilicet Montis Angelorum aream sitam in Bottingin apud ripam, valentem et solventem unum solidum annuatim pro censu, ea conditione, scilicet ut heredes ipsius eandem possideant possessionem ac censum persolvant predictæ ecclesiæ. Sie vero contingeret, quod predicti heredes predictum censum minime possint vel velint persolvere, quod predicta area cum censu cedat libere et sine contradictione filiorum et possessorum eius Monasterio nostro. Anno domini M.CC.LXVIIII. peractum est. D. 152. f.

Copia ex codice Ms. I 4/23. fol. 151. Bibl.

126.

Sæculo 13.

Heinrich von Kerns unter der Kirche ist dem Kloster Engelberg zinspflichtig.

Nouerint universi tam presentes quam futuri quod Heinricus de Kerns dictus nit der chilchun, debet annuatim solvere VIII. denarios in festo sancti Andree de bono under velt situm, quorum qu atuor dat pro se et uxore sua, et quatuor pro quodam Egelolfo, qui fuit conversus in honrein. — D. 152 b.

Copia ex codice ms. I 4/23. Bibl. fol. 4.

127.

Sæculo 13.

Conrad, Burger von Bern, gibt dem Kloster Engelberg zehn Talente zur Begehung der Jahrzeitgedächtnisse für seinen Vater, und für sein eigenes nach seinem Tode.

Notificamus tam presentibus quam futuris, quod Chonradus burgensis de Berno, datis nobis decem talentis, rogavit, ut sem per in anniversariis patris sui Odalrici, fratris scilicet nostri, So uma vini mensis fratrum amministretur, post obitumque suum in ipsius anniversario eadem Souma Congregationi propinetur,

et si quid de ea residuum fuerit, secunda die post anniversarium pauperibus erogetur. Quod et devote petenti fieri perenniter promisimus. — D. 152. g.

Copia ex cod. ms. „Missale pergam.“ sæc. 13. Bibl.

128.

1270. 27. Octob.

Bischof Eberhard von Constanz findet bei seiner amtlichen Visitation die zwei Convente — Männer- und Frauenkloster — zu Engelberg in religiöser, geistlicher und disciplinärer Beziehung im besten Zustand, deren Bevölkerung aber so zahlreich, dass die Einkünfte zu ihrem Unterhalt und zur Ausübung der gewohnten Gastfreundschaft nicht hinreichen; desshalb einverleibt er nach reiflicher Erwägung mit Zustimmung seines Capitels und unter Vorbehalt der bischöflichen Rechte die ganze Pfarrei Stans dem Kloster, das nun dieselbe durch einen seiner Conventualen zu besorgen hat. Orig. Bbb. VIII.

Des Bischofs und des Domcapitels Siegel hängen gut erhalten an der 40×53 cm. grossen Urkunde.

Drucke: Geschichtsfreund, XIV. 184. — Businger, Gesch. von Unterwald. I. 422. No. 6. —

129.

1271. 13. Sept.

Abt Berchtold von Murbach übergibt auf Bitten der Stadtbürger zu Luzern dem Kloster Engelberg Grund und Boden bei der St. Peterskapelle daselbst zum Bau eines neuen Hauses, wofür jährlich ein Rosseisen als Zins bezahlt werden muss. Orig. D. 19.

Die Siegel des Abtes v. Murbach und des Propstes v. Luzern hängen gut erhalten.

Druck: Geschichtsfreund, I. 197. No. 25,

130.

1271.

Peter Truchsess von Habsburg, gibt einige Güter, mit welchen er von den Grafen von Froburg belehnt war, Conrad und seinen Brüdern von Wolfenschiessen zu Lehen.

Regest. Gg. 1. No. 13. 5.

Das Original ging im Klosterbrand 1729 zu Grunde — Vgl. Regest von 1280. — Nr. 151.

131.

1273. 19. Jan.

Abt Walther von Engelberg erlaubt dem Dienstmanne Conrad von Wetswil seine Güter in Horgen an das Frauenkloster zu Ottenbach zu verkaufen.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Waltherus abbas divina permissione Montis Angelorum, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, in perpetuum. | Interest rei publice et expedit commodo priuatorum ea que geruntur, ut litibus obuietur et calumpniandi materia tollatur, cum testium subscriptione et autenticorum | sigillorum appensione scripture testimonio roborari. Nouerint igitur presentes et futuri, quod Chůnradus de Wetiswile,[1]) servus monasterii nostri, auctoritate nostra | et consensu conuentus nostri libero et expresso accedente, cum resignatione liberorum suorum Waltheri, Chůnradi et Růdolfi, Elisabeth, Gůte, Hedwige et Bele, | predicto Chůnrado patre ipsorum et legitimo tutore auctoritatem prestante sicut moris est et consuetudinis approbate, presentibus in Wetiswile conversis Berchtoldo et Růdolfo in | Oetenbach,[2]) Růdolfo et Ulrico de Wetiswile, Berte priorisse in Oetenbach suoque conuentui ordinis sancti Augustini eiusdem diocesis, predia sua sita in parrochia | Horgen prope lacum Thuricensem, dicta in dem Horwe et in Arne, annuatim reddentia quinque modios tritici mensure Thuricensis, vendidit, donavit et tradidit pro

---

[1]) Wetswil, Pfr. Stallikon, und [2]) Ottenbach, Ct. Zürich.

novem | marcis argenti ponderis Thuricensis, quas idem Chůnradus ab eisdem recepit plenarie sine mora, perpetualiter iure hereditario pro censu unius denarii Thuricensis, annuatim | in festo Regule nostro monasterio persolvendo, libere, quiete et pacifice sine dolo et fraudis scrupulo et qualibet captione perpetualiter possidenda. In cuius rei | testimonium predicte priorisse et conuentui de rogatu predicti Chůnradi de Wetiswile suorumque liberorum tradimus presens instrumentum sigillis nostris, videlicet | abbatis et conuentus patenter communitum, renunciantes pro nobis nostroque monasterio et pro predicto Chůnrado suisque liberis in integrum restitutioni, | privilegio impetrato vel impetrando, edito edicto vel edendo, consuetudini, omni actioni, exceptioni, replicationi, prescriptioni et omni favori legum et canonum, | per que huiusmodi venditio impugnari posset vel aliquatenus revocari. Testes, qui huic venditioni interfuerunt, sunt hii: Nos dictus Waltherus abbas Montis | Angelorum, Arnoldus chamerarius noster et Vlricus de Stanstade sacerdotes eiusdem monasterii, magistri Ulricus dictus Wolfleipscho et Jacobus sancti Petri canonici Thuricenses, | dictique conversi de Oetenbach, H. villicus de Horgen, Arnoldus serviens in Oetenbach et alii quam plures. Actum Thuregi XIIII. kal. Febr. anno domini M.CC.LXXIII. Indictione Ia. —

Copia Nn. 2. Gg. 16.

Beide Siegel sind gut erhalten.

Original: Staatsarchiv Zürich.

132.

1273. 10. Octob.

Königin Gertrud befiehlt ihren Beamten und den übrigen Leuten in Uri unter Androhung der Ungnade, das von ihr in Schutz genommene Kloster Engelberg an seinem Besitztum, besonders der Alpen (Surenen) nicht zu beeinträchtigen und zu schädigen.[1])

Gertrudis Comitissa de Habspurc, de Kyburc, Alsatieque Lant- | gravia, nutu dei in Reginam Romanorum electa, Bur-

[1]) Vgl. die Urkunden von 1275. 11. Aug. 1309. 1357, 1470, 1471 und 1472 über den Alpstreit Surenen.

chardo | ministro suo, ceterisque ministris ac hominibus uniuersis vallis | Uranie suam gratiam. Cum nos dilectos in Christo regula- | res Monachos in Engloberc ordinis Sancti Benedicti, cum personis et | rerum omnium facultatibus in nostram protectionem et tuitio- | nem recepimus specialem, vniuersis vobis precipimus et man- | damus, quatenus dictam protectionem nostram taliter obseruare veli- | tis, sicut nostram diligitis gratiam et amorem, maxime | in alpibus, secundum quod hactenus regio imperio tuebantur, et prout | in suis priuilegiis sunt ab eodem imperio priuilegiati. Datum | in Brugge anno domini M.CC.LXXIII. VI. Idus Octobris. — Orig. B. 8.

Das Siegel Gertruds hängt beschädigt.

Druck: Herrgott, Geneal. II. 2. p. 437. — Regest: Dr. Oechsli, Anfänge der Schweizer. Eidgenossenchaft, No. 221. S. 63.*

133.

1274. 25. Jan.

König Rudolf I. von Habsburg erneuert und bestätigt dem Kloster die vom Kaiser Friedrich II. am 2, Jan. 1213 erhaltenen Privilegien, und verbietet bei seiner höchsten Ungnade jede Beeinträchtigung oder Belästigung des Klosters durch was immer für Personen geistlichen oder weltlichen Standes.

RVDOLFVS ✳ Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Uniuersis sacri Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, In perpetuum. Meritis sacre religionis | allicimur ut personas religiosas et loca diuino cultui dedicata benigni fauoris beniuolentia prosequentes, eorum tranquillitati et paci, ne procellose turbationis inquietentur impulsibus, aut aduersitatum calamitatibus | agitentur imposterum, salubriter consulamus. Nouerit igitur presens etas, et successura posteritas quod ex parte religiosorum virorum Waltheri abbatis et Conuentus Monasterii montis angelorum ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, | nobis fuit humiliter supplicatum, vt priuilegium clare recordationis Friderici secundi Romanorum Imperatoris predecessoris nostri sibi pie concessum, innouare et

confirmare de liberalitate Regia dignaremur. Cuius utique | priuilegii per omnia is est tenor: In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus secundus dei gratia Romanorum Rex semper augustus, et Rex Sicilie. Omnibus Romani Imperii fidelibus tam presentibus quam | futuris sit notum, qualiter Regulare monasterium quoddam situm est in prouincia Burgundia in episcopatu Constantiensi, quod mons angelorum nuncupatum est. Istud cenobium temporibus Heinrici quarti Romanorum Regis construc- | tum, ac eius priuilegio honorifice magnificatum in honore sancte marie semper virginis dinoscitur in angusto et aspero nimis alpium loco horridam et duram monachis prestans habitationem. Unde patres monasterii nimia an- | gustia loci ipsius coarctati, concambio aliorum prediorum et competenti precio pecuniarum, seu aliis quibuslibet modis loca sibi congrua et vicina, tam a dicioribus, quam etiam a pauperioribus inibi culta et inculta possidentibus redimentes. | terminos Ecclesie sue prout potuerunt dilatauerunt, vt tanto secretius quieta libertate absque inquietudine diuinum possent adimplere seruicium. Nunc autem dilectus et fidelis noster Heinricus eiusdem loci pater in presentiam | nostri veniens, a maiestate nostra postulauit, vt omnia eiusdem Ecclesie, iuste et legitime acquisita vel adhuc largitione fidelium conquirenda, specialiter in inferiori monte, ex utraque parte fluminis Svrannum, a fidelibus | nostris. . Comitibus de Habesburg, necnon etiam de Froburg, et eorum hominibus nouiter acquisita sub Imperiali mundiburdio, et omnifaria protectionis nostre tuitione amodo et usque in sempiternum habeantur. Rogatu quoque predicti patris | inter alia ad predictum Cenobium pertinentia ista propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam Stannes, Ecclesiam Bv̊ches cum prebendis suis atque omnibus earum pertinentiis absolute, et absque vlla exceptioni spiritualis | vel secularis persone, Ita quod aduocatia earundem Ecclesiarum respiciat ad Castaldum cenobii. Ecclesiam quoque Wilare cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam Affoltere. Ecclesiam Briens cum suis appendiciis. Vineta quoque in Crissi- | aco et alia ibi nouiter acquisita et quiete possessa. Ista inquàm omnia, et tam viciniora, quam

remotiora deinceps vt firmiter inconuulsa monasterio permaneant decernendo sancimus. Et quia Romani Imperii mansuetudo de | fonte nascitur pietatis, nos predictum patrem supplicem, ac paternum eius animum erga cenobium suum considerantes, omnia que pie recordationis Heinricus Quartus Romanorum Rex priuilegio suo eidem Ecclesie concessis- | se dinoscitur, nos ea Imperiali auctoritate confirmantes constituimus, vt pater monasterii cum consilio fratrum suorum eligat aduocatum, deum timentem bene consideratum undecunque ei placuerit et ei commendet, non prestet ad remedium | anime sue, et ut nunquam hereditario iure in aliquem perueniat omnimodo interdicimus, qui non pro terreno commodo vel lucro, sed pro eterna mercede sollicitus et studiosus constitutam monasterii libertatem et iustitiam de- | fendere voluerit. Hic denique patre monasterii petente bis vel ter in anno, si necesse fuerit, non in ipso loco sancto, vbi nunquam aliquam potestatem, vel exactionem, seu aliquid regendi habeat, nisi aliqua secularis persona in tantum re- | bellis sit, vt necessario rogante patre monasterii ab eo comprimatur. Alibi vbicunque, vel quandocunque patri monasterii visum fuerit, inuitatus ab illo veniat et quicquid ibi proclamatum fuerit, pro causis et necessitatibus | monasterii rite peragat. Nullum autem aliud seruicium, ius, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi eternam dei mercedem et tercium bannum in illis placitorum diebus et vnum modium spelte, et vnum frischingum | valentem siclum, et vnum siclum de vino, et nichil aliud speret nec accipiat, nec pro iusticia, nec pro caritate, et si non venerit ad placitum, nichil speret se accepturum. Preterea constituentes volumus quod nisi patre | cenobii volente et aduocante bona et loca monasterii suis frequentiis temerarius et sine causa iusta non adeat vel attingat, nec pernoctandi ibi licentiam habeat nec vmquam aliquem aduocatum pro se liberum aut | seruum inibi constituat. Quod si vmquam presumptuosus aliter temptauerit, quia nostram Imperialem constitutionem uiolat et infringit, nec aduocatus, sed pocius calumpniator et peruasor fuerit, omnino potestatem habeat | abbas cum consilio fratrum hunc penitus reprobare,

et alium Regia adiutus potestate, si aliter fieri non poterit, sibi utiliorem vndecunque eligere. Quod si ille, quod absit, deprauatus aliquando fuerit, et commissionem ad vtilitatem | ecclesie non custodierit, liceat abbati semper inutilem remouere et alium sibi vtiliorem substituere. Concedimus quoque abbati cum consilio fratrum ad vtilitatem monasterii emere, vendere, mutuari loca monasterii longe disiuncta | et remota a monasterio absque contradictione aduocati, et ea defendenda committere alteri. Militibus etiam siue ministris, et familie sanctuarie eandem concedimus legem, quam cetere libere abbacie, que secundum deum diligentius ordina- | te sunt, habent, vt tanto fideliores et subiectiores abbati et prelatis suis per omnia seruiant. Si autem aliquis ex eis rebellis et sui iuris inobediens fuerit et per spacium anni, nec per consilium neque per ammonitionem | suorum dominorum, nec per sui consimilium resipiscere voluerit, si tunc abbas iudicauerit, hereditatem suam amittat. Volumus quoque, vt quandocunque fratres monasterii patre spirituali orbati fuerint, ipsi habeant liberam potestatem secundum | Regulam sancti Benedicti inter se vel vndecunque si opus fuerit non solum eligendi, sed etiam constituendi. Qui si forte, quod absit, libertatem monasterii peruertere, sibique locum sanctum violenter subicere attemptauerit, | mox fratres cum suffragio constantiensis Episcopi et Religiosorum abbatum necnon ceterorum Christi fidelium in circuitu manentium hunc accusatum iusteque ab eis conuictum, nisi rationabiliter emendare voluerit, dignitate sua abijcient, aliumque | iuxta predictam libertatem et sancti Benedicti Regulam fratres sibi eligant, et absque omni contradictione substituant. Denique intimauit nobis predictus pater Heinricus rescripta Heinrici quarti Romanorum Regis monstrando, | sepedictum monasterium a Cv̊nrado nobili viro de Seldenbvren honorifice constructum esse, et totius libertatis iure et priuilegio eum (locum) adamplificasse, et ob regni celestis hereditatem in Christo omnimodis stabiliter et firmiter sublimasse, necnon | omni potestate, seruicio, iure, proprietate, cum omnibus iusticiis legitimis et pertinentiis prediorum, mancipiorum, censorum et pecuniarum, seu decursibus

aquarum, et quarumcunque rerum, ex toto super altare sancte Marie reddidisse, delegasse, contra- | didisse domino deo et sancte Marie, sancto Petro apostolo, sanctoque Nicholao et sancto Benedicto confessori in proprietatem et potestatem, et predicti monasterii tunc patri Adilhelmo eiusque successoribrs in dispositionem liberam, monasterioque necessariam, et fratribus | deo sub monastica Regula seruituris ad vtilitatem. Et vt nunquam a cognatis suis vel ab aliquibus dei seruicium illic destrui possit, Regali priuilegio firmauit, monasterium cum omnibus snis pertinentiis, ne subiciatur iugo alicuius terrene | potestatis, sed solius patris monasterii dominationi, postestati, ordinationi, et sic semper mundiburdio et Regia maiestate securum stabiliatur, ac defendatur. Itaque si aduocatus vel aliquis alius, quod absit, aliqua temeritate, vel pertina- | cia praue inductus supradictum monasterium inquietare, molestare, disuestire vlterius audeat, obsecrant fratres et omnis Ecclesia catholica, et omnino testificantur, pretendentes hanc nostre maiestatis paginam, apostolicum et Constantiensem presulem | et illum antistitem, ad cuius diocesim ipse pertinax pertinet, per Christum et per sanctam Mariam et per sanctum Petrum apostolum, et per omnes sanctos dei, et per tremendi iudicii diem, vt illum dei et sanctorum eius contemptorem, et testamentorie huius | conscriptionis destructorem, nisi resipuerit, tradant omnino sathane, es anathematizent ac prophanent eum a consortibus et filiis Ecclesie dei et heredibus uite eterne, et ut in omni congressione belli nullas vires, nullamque in vita | sua victoriam obtineat, et vt auferat deus memoriam illius de terra uiuentium et deleat nomen eius de libro uite, et vt cum Dathan et abyron quos terra aperto ore deglutiuit, et in os infernus absorbuit perennem incur- | rat dampnationem. Insuper in fiscum Regis quinquaginta libras auri, et predicto monasterio similiter quinquaginta libras auri persoluat, et in aula Regia merito libertatem amittat. Ad hec adicientes sancimus, vt nallatenus alicui hominum | sit licitum commissionem aduocatie vel in pignore ponere, vel alicui in feodo conferre. Decernimus etiam, vt secundum statuta Heinrici quarti Romanorum Imperatoris augusti,

vt singulis annis in quadragesima ad altare sancti Petri | a patre monasterii aureus nummus ponderis Thuricensis monete Romane Ecclesie persoluatur. Eo pacto vt libertatis istius et conscriptionis statuta tanto perhennius inconvulsa permaneant, et vt sepedictum monasterium sub | Romane Ecclesie mundiburdio et maiestate securum semper stabiliatur ac defendatur. Predium in quo ipsa Ecclesia fundata est ad superiora tendens pertingit vsque ad rupem stovben, absque aliqua exceptione. vt autem | hec omnia que supra scripta sunt perpetue firmitatis robur obtineant, hoc presens priuilegium conscribi iussimus, et maiestatis nostre Sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Sigifridus maguntinus archiepiscopus, Berardus Barensis archiepiscopus, | Diethericus Treuerensis electus, Comes Rvdolfus de habesburg, Comes albertus de Eberstein, Comes adolfus de schowenburg, Reinhardus de Bernowe, Rvdolfus de Raprechteswilare, Heinricus marscaldus de Challindin, Wern- | herus dapifer de bollandia, Philippus de Bollandia, et alii quamplures. Signum domini nostri Friderici dei gratia Inuictissimi Romanorum Regis, et Semper augusti, et Regis Sycilie. | Ego Cvnradus Metensis Epicopus Imperialis aule Cancellarius, vice domini Sigifridi Maguntine sedis archiepiscopi, totius germanie archicancellarii, recognoui. Acta sunt hec anno dominice Incar- | nationis M.CC.XII. Regnante Domino Friderico Glorioso Romanorum Rege Augusto et Rege Sycilie, anno Regni eius Romani Primo, Regni vero Sycilie Quintodecimo. | Indictione prima. Datum apud Hagenaugiam IIII. Nonas Januarii. Nos igitur predictorum. . abbatis et Conuentus Monasterii montis angelorum deuotis supplicationibus inclinati, predictum | priuilegium de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus, innouantes et confirmantes auctoritate Regia libertates, protectiones, consuetudines pariter et honores. ac omnia prorsus iura, que dictis abbati | et Conuentui et eorum monasterio in eodem priuilegio sunt indulta. Inhibemus itaque firmiter et districte, ne vlla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana predictum monasterium, vel personas eidem annexas contra tenorem | priuilegiorum presentium aggrauet aliquomodo vel molestet. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, grauem

nostre indignationis offensam se nouerit incursurum. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmamentum presens | scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre Sigillo iussimus communiri. Testes autem huius rei sunt: Venerabilis Wernherus Maguntinensis Archiepiscopus, Eberhardus Constantiensis Episcopus et Jllustris Albertus Saxonie dux principes nostri. | Honorabilis R. gubernàtor monasterii Campidonensis, Marcquardus de Wolhusen, Hartmannus de Baldecke, et alii Fideles nostri quam plures. Signum Jnuictissimi Domini Rv̊dolfi | Romanorum Regis Augusti. (Locus Monogrammatis regalis.) Acta sunt hec anno dominice Incarnationis M.CC.LXXIIII. Indictione Secunda VIII. kal. Februarii. Regni vero notsrianno primo. Datum Thuregi per manum | magistri Heinrici prothonotarii nostri, Anno, Mense, die et Indictione prescriptis.[1]) — Orig. B. 9.

Am Diplom, 75×58 cm, hängt das wohlerhaltene grosse Thronsiegel: ✻ RVODOLFVS DEI GRACIA ROMANORUM REX SEMPER AVGVSTVS. auf dem Throne sitzend, in der Rechten das Zepter: in der Linken den Reichsapfel haltend.

Druck: Herrgott, Geneal. II. 2 p. 440.

134.

1274. 4. Juni.

Papst Gregor X. gibt auf dem Concil zu Lyon dem Kloster Engelberg eine Bestätigungsbulle für all' sein Besitztum und nimmt es in den Schutz des apostolischen Stuhles.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis. . Abbati et Conuentui monasterii montis | angelorum ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur | quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudi- | nem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis | postulationibus

---

[1]) Vergl. die Urkunde Nr. 35. vom Jahre 1213. 2. Jan. und deren Noten.

grato concurrentes assensu, personas uestras et locum in quo diuino estis obsequio | mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possident aut in futurum iustis | modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. | Specialiter autem decimas, terras, domos, uineas, possessiones et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste | ac pacifice possidetis, uobis et per uos uestro monasterio auctoritate apostolica confirmamus et | presentis scripti patrocinio communimus. Salua in predictis decimis moderatione concilii gene- | ralis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis | infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem | omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni | II. Nonas Junii. Pontificatus nostri anno tertio.

Orig. A. 14.

Die Bleibulle hängt.

135.

1274. 28. Sept.

Propst und Capitel von Beromünster verkaufen dem Kloster Engelberg einige bei Sempach gelegene Güter.

Nouerint uniuersi presentium inspectores tam preseutes quam posteri, quod nos D.(iethericus) de Halliwile, Beronensis Ecclesie prepositus, totumque Capitulum, delibera- | to ac vnanimi consilio, necessitate pariter ac vtilitate nostre Ecclesie circumspecta volentes quedam bona nostra in loco nobis magis apto seu commodo | transmutare seu situare, Rodolfo de Gattewile,[1]) presentium ehibitori, procuratori abbatis et Conuentus Montisangelorum, in hac parte, loco | et nomine ipsorum, bona subnotata vendidimus et libere iure proprietatis, sicut et nos hactenus possedimus, recepta solutione tradidimus possidenda. | Sunt autem hee possessiones: Bonum quoddam situm apud Leweren,[2])

---

[1]) Gemd. Buttisholz. — [2]) Leberen, Gmd. Sempach.

persoluens XII. solidos, quod possedit P. villicus de kilbv̊l.[1]) Item aliud Bonum, quod possedit P. dictus Luchige ch̊che, situm prope Sempach, VII. solidos et tria quartalia tritici persoluens. Item aliud Bonum, quod te- | nuit Wernherus de Luceria, tantumdem persoluens et ibidem situm . Bona prenotata, recepta solutione XI. marcharum argenti et unius fertonis,[2]) | prescriptis religiosis abbati et conuentui Montisangelorum, mediante Rodolfo prenotato de Gattewile, iure proprietatis, ut dictum est, tradidimus | possidenda, renunciantes omni actioni, omni iuri tam canonico quam ciuili, seu etiam consuetudini, que nobis in posterum seu etiam nostris successoribus | competere possent vel deberent. Huius venditionis testes sunt: dominus v̊lricus de Surse, dominus v̊lricus et C. frater suus milites de Rinasche,[3]) dominus Ja. miles | de Rinasche, et alii quam plures tam clerici quam laici. In huius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Berone anno domini | M.CC.LXX. quarto. In vigilia sancti Michahelis. Orig. D. 70.

Des Propstes Siegel hängt, das Capitelssiegel fehlt.

136.

1275. 22. April.

Marquard und Arnold, Edle Ritter von Rotenburg entsagen öffentlich ihrem vermeintlichen Rechtsanspruche auf die Leibeigenschaft einer gewissen Berta von Rickenbach, und stellen diese mit ihrer Nachkommenschaft dem Dienste des Klosters Engelberg zurück

Vniuersis Christi fidelibus presentium inspetoribus, Marquardus et Arnoldus mili- | tes, Nobiles, germani et fratres carnales, dicti de Rotenburch, salutem cum noticia | rei geste. Ne ab humana excidant memoria in tempore que aguntur, necesse est | ea litterarum apicibus roborari. Nouerint igitur uniuersi presentes et posteri, in quorum auribus | hec fuerit cedula recitata, quod nos Marquardus et Arnoldus predicti nobiles, abrenunciauimus publice | coram multis, omni iuri et auctoritati

---

[1]) Kilchbüel, bei Sempach. (Vergl. Urkunde vom 2. Dec. 1306. — Geschichtsfrd. XIX. 264.)

[2]) ferto (auch fertum oder ferdonum) = eine Viertels-Mark. —

[3]) Rinach, Ct. Aargau.

ac inpeticioni seu iurisdictioni, qua vide- | bamur fore prediti super quadam Berta de Richenbach[1]) et eius prole, ac eiusdem | prolis successione, ita ut prefata mulier cum sue prolis successione, libere perti- | neat et infallibiliter ad Claustrum religiosorum montis angelorum, eidem claustro | in perpetuum seruitura. Super qua etiam abrenunciatione ac resignatione prenotata conuicti | sumus per reuerendum patrem dominum abbatem predicti claustri montis angelorum testificatione legitima | et probatione ordinata. Facta est autem hec eadem abrenunciatio | in villa dicta Benzenwile[2]) in prato quodam presentibus hiis: domino Johanne milite | ab dem huse, Petro de Meggen, Wernhero de Hohenegge, ymmone de weiti, | Walthero de Munster, Ruodolfo de Ruswile, Vlrico de Oberndorf, Heinrico Schrutan, | Walthero ministro de Woluenschyezen, Heinrico de eadem villa, Vlrico precone, Ludewico | precone, Walthero Ruppen, et aliis multis. Datum anno domiui M.CC.LXXV. vigilia | Sancti Georgii Martyris. Vt hautem illibata permaneant et inconvulsa perseuerent, presentem | notulam Sigillorum nostrorum munimine decreuimus roborari. Orig. D. 71.

Beide Siegel fehlen.

137.

1275.

Abt Walther II. übergibt die Hälfte der Kinder Hedwigs von Neudorf, die vermöge des Leibeigenschaftsrechtes dem Gotteshause Engelberg zugehören, dem Stifte Münster zum freien Besitztum.

Universis Christi fidelibus Waltherus dei nutu Abbas monasterii Montis Angelorum salutem cum notitia subscriptorum. Noverint universi, quos nosse fuerit apportunum, quod nos filios et filias Hedwigis de Nüdorf, uxoris R. dicti Heiden, iure proprietatis cenobio nostro attinentes, Ecclesiæ Beronensi dividendo, per manus virorum prudentum contradidimus deinceps

---

[1]) Rickenbach, bei Münster, Ct. Luzern.

[2]) Benziwil, Gmd. Emmen, Ct. Luzern.

dimidiam partem eorundem libere possidendam, ita duntaxat, ut utraque pars hæredum in matrimonio parentum ex utraque parte sine omni contradictione in iurisdictione utriusque Ecclesiœ succederet. Datum apud Montem Angelorum, anno gratiæ domini M.CC.LXXV. Universitate Conventus nostri non solum præsente, sed etiam consentiente nobis. Sigilli nostri munimine id factum in robur fidei fideliter muniendo. Copia Gg. 17.

Das Original befindet sich im Stift Beromünster.

138.

1275. 11. Aug.

König Rudolf von Habsburg beauftragt den Marquard von Wolhusen, Landrichter im Aargau und Zürichgau, den zwischen dem Gotteshaus Engelberg und den Landleuten von Uri schon seit langem obwaltenden Streit über die Alp Surenen zu schlichten. Das in Altdorf unter obigem Datum versammelte Gericht spricht auf Grund der vom Kaiser Friedrich (1213) und König Rudolf (1274) dem Kloster verliehenen Freiheiten und bestätigten Besitzungen, und nach Verhörung von mehr denn 40 Zeugen und Kundschaften, demselben das klar bewiesene Eigentumsrecht der Alp Surenen bis an die Stoibi zu, gewährt auch der Gemeinde Uri ihre Rechtsame im obern Teil derselben.[1]) Copia Nnn. 4.

Dieser Brief ist nur noch in einer Notars-Uebersetzung des 15. Jahrhunderts im Staatsarchiv Uri vorhanden.

Drucke: Geschichtsfreund, VII. 162. — E. Kopp, Urk. d. Eidgen. Bünde, II. 136. No. 7I. — Vrgl. Dr. W. Oechsli, Anfänge der Schw. Eidgenossenschaft, Reg. Nr. 234. —

139.

1275. 25. Aug.

Ritter Walther von Schenkon gibt als Anwalt der Adelheid von Biedertan und ihrer Tochter Hedwig die Zustimmung zu einem Kaufe, den sie mit Thomas von Retschrieden über ein Gut zu Buochs abgeschlossen.

---

[1]) Nebst diesem Spruchbriefe sind noch folgende Documente vorhanden, die diesen über 200 Jahre lang dauernden Alpstreit beleuchten: Klagschrift des Klosters über die Gewaltthätigkeiten der Urner; Spruchbriefe in diesem Handel von 1309, 1471, 1472, u. s. w. —

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Waltherus miles dictus de Scheinkon[1]) noticiam sub- | scriptorum. Nouerint vniuersi quos nosse fuerit oportunum, quod ego contractui emptionis seu venditionis | habito inter dilectam marterteram meam Adelheidin de Biedertan quondam relictam R. militis | de Walden et Hedewigin filiam suam, nec non Thomam de Rechenriet[2]) super bono predictorum | sito in Buochs, consensum plenarium nomine veri tutoris adhibeo per presentes. In cuius testimonium ce- | dulam presentem mei sigilli karachtere consignavi. Datum Surse anno domini M.CC.LXX.V to. VIII. | kal. Septembris. Indictione IIIa. —

Orig. D. 82.

Das Siegel: Waltheri de Scheinkon, hängt.

140.

1275. 24. Oct.

Abt und Convent von Engelberg treffen mit Rudolf von Ruswil und zwei seiner Genossen ein gütliches Abkommen, wonach diese mit Genehmigung ihrer Herren, der Vögte von Rotenburg, auf das beanspruchte Recht an Gütern in Nidwalden zu Gunsten des Klosters gegen Entschädigung verzichten.

In nomine domini Amen. Nouerint vniuersi, quod mota inter honorabiles in Christo dominum Waltherum diuina | permissione Abbatem et conuentum monasterii Montisangelorum ex una, et Rvdolfum de Rvswile, Immonem | de weri, heredes Arnoldi de Weri, et Chvnradum dictum Wikil ex parte altera, questione super bonis domine de Waltersberg,[3]) in Eggen- | burg,[4]) area in Oberndorf,[5]) et reditibus seu prouentibus annuis quatuor

---

[1]) Schenken, Pfr. Sursee. — [2]) Retschrieden. Siehe Note 1. zu Nr. 100. pag. 74.

[3]) schöner Landsitz zwischen Stans und Buochs, einst Stammburg der Edlen dieses Namens.

[4]) Güter in der Kniri ob dem Stanserdorf, früher Sitz der Edlen von Eggenburg.

[5]) Oberdorf, zwischen Stans und Dallenwil. Die Burg der Edlen von „Obirndorf“ stand auf dem s. g. Gysiflüeli, einem Vorsprung des Stanserberges, deren Grundmauern noch 1834 aus der Erde hervorragten. (Kaplan Ant. Odermatt, die edlen Geschlechter v. Nidw. S. 69.)

solidorum in loco qui dicitur | an Bürgen sitis, olim a Rv̊dolfo in dem Riede possessis, predicto monasterio iure proprietario pertinentibus, que | predicti Rv̊dolfus et sui consortes, omagii titulo vtpote a viris Nobilibus Advocatis de Rotenburg sibi | concessa vendicabant, tandem compositione amicabili mediante prefati Rv̊dolfus cum suis consortibus, receptis ab | ipso monasterio septem libris denariorum monete usualis, iuri, siquod eis competebat vel competere videbatur, necnon | omni actioni et impeditioni, per que predictum monasterium ab ipsis eorumque successoribus impugnari posset uel aliqua- | tenus molestari, auctoritate et consensu libero virorum nobilium Marchwardi et Arnoldi Aduocatorum de Rotenburg | suorum dominorum accedente, renunciarunt totaliter libere et expresse. Nos etiam Marchwardus et Arnoldus Aduocati supra- | dicti de Rotenburg compositioni et renuntiationi preordinate gratum prebentes assensum, eam pro nobis et seruis nostris | prelibatis ratam habentes, attendere promittimus et seruare casu quolibet contingente, rogatu eorundem sigilla | nostra in ratihabitionis testimonium appendentes hiis scriptis. Testes hiis presentes: Dominus Waltherus de A, miles, | Waltherus et Chv̊nradus fratres de Woluenschiez, Vlricus de Oberndorf, Heinricus Schrutan, Chv̊nradus de Eschibach, Chv̊nradus | de Chame, Waltherus de Wile, et alii fide digni. Datum anno domini M.CC.LXXV. IX. kal. Nouembris. — Orig. D. 72.

Beide Siegel der Vögte v. Rotenburg sind abgerissen.

141.

1276. 24. Novemb.

Durch Schiedrichterspruch zweier Chorherren werden die Gerichtsbussen der Leute zu Fislisbach (Ct. Aargau) zu gleichen Hälften den Gotteshäusern Engelberg und Wettingen zugesprochen.

Vniuersis presentium inspectoribus. H. de Basilea Canonicus Thuricensis, Heinricus de Wetgis Canonicus Wer- | densis, Magistri, affectum caritatis. Cum honorabiles in Christo abbas et Conuentus montis angelorum | ex una, abbas et Conuentus

in Wetingen ex parte altera, super districtu, mulchta, seu penis, | ville et hominum in vislispach, de quibus inter se questionem habuerunt, in nos compromis- | erint sècundum iusticiam uel amiciciam sub pena decem marcarum argenti ponderis Thuri- censis | soluenda parti seruanti nostrum arbitrium a parte non seruante, et ammissione cause. Nos cog- | nitis meritis huius- modi questionis, consideratis etiam aliis circumstanciis, sic arbitramur, quod | medietas districtus, pene, seu mulchte, dictis. . àbbati et Conuentui montis angelorum, alia | quoque medietas cedat dictis. . abbati et Conuentui in Wetingen, perpetuo silencio imposito vtrisque | super expensis factis in lite, arbitramur etiam quod si ratione vicinitatis loci procurator dominorum | abbatis et Conuentus in Wetingen in dicta villa vislispach presederit absente procuratore | uel syndico dominorum abbatis et Conuentus montis angelorum, pro medietate mulchta seruanda | est iam dictis. . abbati et Conuentui montis angelorum, nec iidem abbas et Conuentus in | Wetingen ratione huiusmodi iudicii sibi quicquam vendicare debent, tam circa iudicia quam circa | mulchtam, antedictis. . abbati et Conuentui montis ange- lorum competentem. Quod arbitrium partes | gratanter accep- tarunt. In quorum testimonium presens littera sigillis dictorum. . abbatum, quibus et | eorum Conuentus vtuntur, et nostris patenter communitur. Datum Thuregi anno domini M.CC.LXX.VI. | VIII. kal. Decembris, Indictione quinta. Nos abbates et Conutenus predicti, premissnm arbitrium | seu huius (hanc) arbitrariam diffinicionem acceptantes, huic littere nostra prenominata Sigilla duximus | appendenda. — Orig. D. 83.

Die genannten vier Siegel sind verschwunden.

142.

Anno incerto sæculi 13.

Offnung von Fislisbach. Beschreibung der Grenzen, der Rechte und Gerichte, so die Klöster Wettingen und Engelberg dort besassen.

Dis ist das Gericht zu Visslispach das halb unser (Wet- tingen) ist und halb der von Engliberg. Der umkreiss vahet

an uf dem Stalden in dem zemengeworffen bül und gat über die eschnövo uf zwüschent der von Tettwil acher und der von Visslispach untz an das gemein werk in den Markstein, dannenhin in wannen in den marckstein, dannen über den holen weg in den marckstein, der da lit bi dem eichstock, dannen uf in Klingen Rüti in den marckstein, dannen uf tzwischent der von Baden holtz und der von Visslispach in den Marckstein, dannen uf in die zolhalden in den marckstein, und dannen die egg uf untz ze des Sutters lücken in den Marckstein der da stat ze struben eich, dannen uf über die egg untz an Rütten, dannen abgat es zwüschent wilkeren ban und dem Zürich berg untz an rotris, dannen ab zwüschent dem Rotris und Visslispacher berg untz an das velt, und gat dann hinunter dem Rotris untz in das gravenmos, dannen hin gat es under dem Rotris durch Dietenstal untz fröschwinkel zu dem ban ze Rordorf, dannen ab über Lerkenbül in den Kechbrunnen, dannen ab in vonloch, dannen ab in Ecspan an das Esterli, dannen ab über Rocker velt untz ze hetterseich, dannen ab durch überen tal, dannen ab über das lurch untz an Luterstalden, dannen ab durchs wüsslant, in schonhart begriffen hat, dannen uf untz zu Rüti ins gedürn, da stat ein Markstein by dem blatteten stein, usser dem gat es uf den wolfbül in den Marckstein, dannen hin gat es zwüschent der von Visslispach Rütinen und der von Rütti acher untz an das bänli ze Rüti in die Fluo die man nennet gebischflü, usser der gat es zwüschent der von Birmistorff acher und der von Visslispach als die Marckstein stand an des Burgenders Rüti in den Marckstein, dannenhin in die Summerhalden, dannen uf in meisenflü, dannen uf durch die Summerhalden als die schefluss ingant, untz uf den Stalden in dem zemengeworfen bül. Das ist der umkreiss zu dem Dorf ze Visslispach, darinnen sollent wir richten und die von Engelberg, die zwei Gotzhüser umb alles das, das den pfenning gewinnen oder verlieren mag in dem umkreiss denn umb die usgenommen sachen, das sind blütend wunden und dupstal (Diebstahl) und falsches mess, und das dem man an sin hals gat, und der dem andren frevelt under russigen raffen, und

umb nachtz heimsuchen, und was uf der Lantstrass geschicht, das sol ein Lantgraf richten. Die Besserung die da gebessret werdent von des Gerichts wegen, sind beider Gotzhüser gemein. Und die phad buossen und die richtschilling und holtzbuossen in den Rechten bännen. Die Meiger hand auch die Rechtung dass sie mögend bannen ir weid und ir korn, dass sie einander nit überschnident. Si sond auch ein brach by vang usgeben. Si sond och ein Hirten setzen, und ein forster, das sond si thun, mit der meren hand der Gebursammi. Si hand ouch die rechtung zu einem Kilchherrn, der sol haben uf der Widum ein nutzlich wocherrind und ein nutzlich wocherschwin, das sol der Widmer nit verhöwen, er sol ee die Meiger darzuo fürren, und sol ein anders rind und schwin darstellen, das die Meiger benüge. und tätte der Widmer das nit, und verhüwi das vich ane der Meiger urlaub, so sol er es den Meigern bessren, und iecklichem innsunder, ob er es klaget. die besserung ist trüw pfund und ein pfenning. Das selb vech sol ouch die friheit haben, das es weder gelt noch eining geben Wonn (?) welcher es vindt in sinem schaden, der sol den ermel usszüchen, und sol es mit dem ermel darus triben, und sol es also lassen gan. Wer aber, das keiner das vech wusti, lampti (?) der sol es dem Widmer bösseren iij lb. j pfenning, und iechlickem insunders ob er es klagt. Der Widmer hatt ouch die rechtung zu der Gebursammi von desselben rechts wegen. Wer so vil seget das er ein garb an zehenden git, der git dem Widmeiger ein garb zersten. Das holtz, das man nemmet das Rörismos, das ist der drier Dörfer Urhow, Visslispach. Nidren Rordorff, Starnenschwil. — Copie Gg. I9.

Orig. in einem Codex des Klosters Wettingen.

143.

1277. 3. Mai.

Mechtild von Tierstein verkauft mit Genehmigung ihres Gemahls Hartmann von Birwil dem Kloster Engelberg ihre Nutzniessung des Hofes Hunwil für 15 Mark Silber, und verpflichtet sich zur Bürgschaft für Aufrechthaltung des Kaufes und zur Rückerstattung der Kaufsumme bei Verletzung desselben.

Uniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus. Mechtildis dicta de Tierstein[1]) vxor Hartmanni de Birwile[2]) noticiam subscriptorum. Ne temporis acta vicissitudo | temporum alluat, congruit ea scripture beneficio posterorum memorie deriuari. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam posteri, quod ego usumfructum quem habeo in Curte | Hunwile,[3]) Honorabilibus in Christo . . Abbati et Conuentui Monasterii Montisangelorum ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, accedente Hartmanni de Birwile mariti | mei auctoritate et expresso consensu pro quindecim Marcis argenti ponderis Thuricensis, quas me presentibus recognosco plenarie recepisse, vendidi, tradidi, et trado pro tempore | vite mee libere et pacifice possidendum. Promittens bona fide predictis Abbati, Conuentui, eorumque successoribus prestare warandiam ipsius usufructus contra quemcunque hominem | extra iudicium et in iudicio ecclesiastico vel seculari. Et si forte ipse usufructus, quod absit, quocunque modo, vel casu a me vel ab antedictis. . Abbate et Conuentu euictus extiterit, | Ego cum Hartmanno predicto marito meo me presentibus obligo et astringo, ad restituendas ipsis quindecim Marcas argenti perceptas ponderis supradicti. Si vero post euictionem | predicti usufructus pondus quindecim Marcarum argenti percepti prelibatis.. Abbati et Conuentui per me restitutum non fuerit aut solutum, extunc ad refundendas eis expensas et | dampna et ad interesse soluendum me obligo per presentes. Renuncians omni iuri, tam Canonico quam Ciuili, actioni, exceptioni, defensioni, beneficio restitutionis in integrum, et generaliter omnibus | per que dictus contractus in toto uel in parte rescindi posset vel aliquatenus retractari. In huius rei euidenciam et maioris roboris firmitatem ego presentem litteram sepefatis | Abbati et Conuentui, Sigillorum Domini Ortholfi Cantoris, Heinrici Decani Monasterii Lucernensis, et Arnoldi Nobilis aduocati de Rotenburg munimine patenter tradidi commu- |

---

[1]) Thierstein, ehem. Burg der Grafen gleichen Namens, bei Büsserach, Ct. Solothurn.

[2]) Birrwil, Pfr. im Bez. Kulm, Ct. Aargau. [3]) Siehe Note 2 zu Nr. 105.

nitam. Ego Hartmannus de Birwile premissa omnia per me et vxorem meam facta recognoscens ad eorum obseruationem illibatam sub Sigillis pretactis, cum proprium non habeam, in | solidum quemadmodum dicta vxor mea me obligo pariter et astringo. Acta sunt hec, Anno domini M.CC.LXX.VII. in oppido Lucernensi ante Capellam eiusdem loci in Inuentione | Sancte Crucis, Indictione V. Presentibus Johanne dicto Multwetter, Johanne dicto de Malters, Rvdolfo dicto Branberg, Walthero dicto de Wile, Ciuibus Lucernensibus, Walthero Ministro | dicto de Woluenschiezen, et aliis fide dignis. — Nos Ortholfus Cantor, Heinricus Decanus, Arnoldus aduocatus suprascripti rogatu sepedicte Mechtildis et Hartmanni, nostra huic carte appendimus Sigilla, | anno, loco, die et Indictione prenotatis.

Orig. D. 73.

Die drei genannten Siegel fehlen.

144.

1277. 28. Juli.

Conrad und Hiltbold, Edle von Heidegg,[1]) veräussern im Einverständniss mit ihren Frauen und Söhnen zwei zu Hochdorf gelegene, 17 Mütt Weizen ertragende Güter, die sie vom Kloster Engelberg als Erblehen empfangen hatten, an Abt Arnold und Convent desselben Klosters um 24 Mark reinen Silbers und entsagen für sich und alle ihre Erben jedem fernern Recht und Anspruch darauf. Orig. D. 74.

Das Hohenreiner Siegel fehlt, die 2 Heidegger Siegel dagegen hängen.

Druck: Geschichtsfreund, XIV. 243. No. 12.

145.

1277. 9. Octob.

Abt und Convent von Engelberg verpflichten sich zur Entrichtung eines jährlichen Zinses an Berchta Hasartin und ihre Tochter Adelheid in der Stadt Zürich, für ein Grundstück in Hasenberg, das diese Frauen dem Kloster zum Besitze übergeben hatten.

---

[1]) Schloss am Baldegger See, Pfr. Hitzkirch, Ct. Luzern.

Omnibus Christi fidelibus in vinea Sancte Ecclesie laborantibus. Arnoldus dei nutu Abbas Monasterii Montis | Angelorum, cum vniuersitate Capituli, salutem cum notitia subscriptorum. Noverint vniuersi, ad quos presen- | tes littere pervenerint, quod nos ex unanimi consensu Capituli nostri Berchte et Adelheidi filie eius, que vul- | gariter Hashartine nuncupantur, promisimus et promittimus atque obligamus per presentes, bona fide | et sine fraude, annuatim in Ciuitate Thuricensi in festo sanctorum Felicis et Regule sine dampno | ipsarum per nuntios nostros vnum Seracium et iterum Seracium butiri, et quinque Modios tritici persoluere | sine omni contradictione. At vero prelibate mulieres econtra cenobio nostro quoddam predium in Hasenberch[1]) | soluens annuatim quinque Modios tritici Thuricensis mensure, emerunt perpetualiter possidendum. | In argumentum ergo fidei huius donationis evidenciam sive contractus presentem paginam Sigillorum | nostrorum munimine duximus roborandam. Datum apud Montem Angelorum, Anno gratie domini M.CC. | LXX.VII., VII. Idus Octobris. Indictione quinta. — Orig. D. 63.

Des Abtes Siegel ist beschädigt, das des Convents gut erhalten.

146.

1277. und 1279. 9. Aug.

Obige Frauen Berchta und Adelheid vergaben um ihr Seelenheil willen dem Kloster Engelberg Haus und Hofstatt, am Neumarkt in der Stadt Zürich gelegen und an Schwarzmurers Haus anstossend, sammt allem ihrem beweglichen und unbeweglichen Eigentum. Der Rat von Zürich bestätigt durch Besiegelung diese Vergabung.

Ne temporaliter gesta lapsu labantur temporis, non inelegánter ea que geruntur scriptis memorie | commendantur. Hinc est quod nos Berchta et Adilheidis, dicte Hasarttine in Turego tam | presentes quam posteros scire volumus hec postscripta, quod consenciente iuxta terre consuetudinem | curatore nostro, domum et aream in vico qui dicitur Novum forum, ad nos

---

[1]) Hasenberg, Weiler in der Pfr. Eggenwil, Bez. Bremgarten.

iure dominii | spectantia, contigua domui C. des Swarzen Murers, tradidimus sponte et libere venerandis | in Christo. Abbati et conuentui Monasterii Montis Angelorum in remedium animarum nostrarum per- | petualiter possidenda. Insuper omnia bona nostra mobilia et inmobilia habita et haben- | da ipsis Abbati et Conuentui donauimus ac donamus causa mortis, spontaneo consensu Jo. et | Wernheri Berchter accedente, qui ius succedendi in rebus nostris si quid eisdem nobis competere | posset decedentibus, pro se et suis heredibus zelo ducti pietatis renunciarunt pariter | et cesserunt. Et ut hec domus et Aree traditio, necnon donatio causa mortis, seu here- | ditaria institutio, que prescripta sunt, calumpniam nullo unquam tempore patiantur, ipsa omnia | et singula in figura iudicii animo innovandi coram prouidis viris Consulibus thuricensibus, | sic gesta cognoscentes, sepefatis Abbati et Conuentui hanc cartam tradimus Sigillo Ciuium | tvricensium apposito et appenso. Actum Thuregi Anno domini M.CC.LXXVII. Indictione | VI. presentibus petro dicto Wolfleipsch et Jacobo dicto Wolfleipsche et aliis fide | dignis.

Nos Consules thuricenses, quorum nomina presencium sunt hec: Jacobus dictus Mulner, Burcardus | de Hottingin, Wernherus dictus Biber, Dictus Dietlo, Chuono de Tuebelnstein, Ruodolfus de | Beggenhouen, milites; Ruodolfus dictus Kriech, Uolricus dictus Trueber, Uolricus in dem turne, | Petrus dictus Wolfleipsche, Fridericus dictus Bilgerin, Ciues thuricenses. recognitione omnium | premissorum legaliter per antedictas Berchtam et Adilheidin facta, ob rogatum earundem de scitu Jo. et | Wernheri Berchter conciuium nostrorum Sigillum Ciuium huic duximus littere appendendum. | Anno domini M.CC.LXXVIIII. in vigilia beati Laurentii. Indictione VII. — Orig. D. 64.

„Sigillum Ciuium Turicensium“ hängt gut erhalten.

147.

1277. 18. Decemb.

Diethelm von Ballwil verkauft unter Bürgschaftleistung dem Kloster Engelberg um drei Pfund Pfennig das Vogteirecht über einige in Wil am Homberg zu Ruswil gelegene Besitzungen.

Pateat vniuersis hoc scriptum intuentibus quod nos Diethelmus dictus de Baldwile cum filiis meis Ludowico | Margarete, annuum ius advocatie, quod nobis iure proprietatis in possessionibus in dem Wile, an Honberch[1]) | sitis in parochia Rvschwile competebat, pro tribus libris denariorum monete vsualis Monasterio Montis | Angelorum vendidimus et integraliter contradidimus, mittentes Arnoldum abbatem et conuentum prefati loci in | possessionem ipsius aduocatie presentibus corporalem ad exhibendam eisdem veram warandiam nos | pariter obligando. Testes quoque huius contractus sunt isti: dominus Vlricus camerarius de Monte Angelorum, | Waltherus et Chůnradus confratres de Wolvinschieszin, Marchwardus miles des Rv̊seke, | et H. frater eius, Chv̊nradus de Kame, et alii fide digni. In argumentum ergo fidei huius contractus | presens scriptum sigillo domini Marchwardi nobilis de Rvsegge, quia proprium non habemus, patenter | extitit communitum. Datum apud Lucernam anno domini M.CC.LXXVII. XV. kal. | Januarii . indictione Sexta.

Orig. D. 29.

Das Siegel fehlt.

148.

1278.

Hartmannus et Hermannus Comites de Vroburg testantur, se ob iura telonia per omnes terras suas in manus Arnoldi Abbatis monasterii Montis Angelorum ita resignare, ut Abbas, Conventus et tota familia cum omnibus rebus suis sint liberi a vectigalibus, pro qua libertate monasterium pro salute animarum Comitum dictorum Monialibus annuatim tria seracia solvere tenetur.

Gg. 1. No. 13. 6.

Regest. in Miscellaneis histor. P. Athanasii anno 1680. No. XIII. 6. Originale anno 1729 cum pluribus aliis igne consumptum est.

149.

1279. 24. Juni.

Walther und Margareth von Hunwil stellen dem Abte und Convent zu Engelberg den Hof Hunwil, den sie als Erblehen

[1]) Die Höfe Unter- und Oberwil und Homberg liegen am Homberg, Gmd. Ruswil.

vom Kloster zu besitzen glaubten, nach vielfach geflogenen Erörterungen einsehend, dass sich diess Recht nicht begründen lasse, gegen 15 Mark Silber wieder heim. Sie geloben zugleich, dass auch ihr Sohn bis St. Leodegarstag Verzicht leisten werde, und lassen den Brief mit dem Siegel der Stadt Luzern bekräftigen.[1]) Orig. D. 75.

Walthers Siegel fehlt, von dem der Stadt Luzern hängt noch ein Teil. Druck: Geschichtfreund, I. 306.

150.

1279. 9. Octob.

Abt Arnold von Engelberg bekräftigt und siegelt den Kaufbrief, welchen Heinrich von Wolfenschiessen über die von ihm an Propst Ulrich zu Interlachen abgetretenen Alp-Stäfel in Hasle ausstellte.

Noverint universi quos nosse fuerit oportunum, quod ego Heinricus dictus de Wolvinschiesin | ab dien Stein, accedente consensu Richenze uxoris mee ac heredum meorum quoddam bonum | scilicet dimidium stavil in monte seu alpe, que vocatur Willigescrindil,[2]) quod specialiter | nuncupatur uf der Brawun, sub nomine allodii ad manus venerabilis in Christo Uolrici prepositi | Interlacensis consignavi, contradidi deinceps sine contradictione aliqua libere possidendum, | promittens cum heredibus meis, si necessitas ingruerit, plenam warandiam prefato preposito ac | conventui eius ad integrum persolvendam. Insuper concessi eisdem unum integrum stavil qui dicitur in | der Leimerrun[3]) pro censu trium solidorum omni tempore, quamdiu ego et filii mei personaliter cum pec- | coribus nostris non utimur eodem. Quia ego et filii mei proprium sigillum non habuimus, in argu- | mentum fidei presens instrumentum prenominato conventui sub sigillo Arnoldi abbatis de Monte An- | gelorum tradimus communitum, Acta sunt hec anno gratie domini M.CC.LXXIX. indictione VII[a]. in festo sancti Dionisii

---

[1]) Vergl. Nr. 143. und Note 2 zu Nr. 105.

[2]) Willigen, Weiler, Pfr. Meiringen im bern. Oberhasletal.

[3]) Leimern, Dörfchen in der Pfr. Amsoldingen im bern. Amt Thun.

| multis presentibus quorum nomina subnotantur: dominus Ruodolfus dictus Schertleip sacerdos,[1]) | Waltherus minister de Wolvinschiescin, Chūonradus frater eius et filii eorum, et alii quam | plures fide digni. — Copia Qq. II. 36.

Original im Staatsarchiv Bern (Fach Interlaken.)

Druck: Fontes rer. Bernens. III. 264. No. 283. — Cfr. Kopp, eidgen. Bünde II. 201.

151.

1280.

Hermannus et Volmarus fratres, Comites de Froburg, bona quædam in loco Comitis[2]) ad lævam fluminis ripam,[3]) quæ Conradus et fratres eius de Wolfenschiessen ab anno 1271 abs Petro dapifero de Habsburg in feudum habuerunt, monasterio Montis Angelorum conferunt. (Cfr. Reg. de anno 1271. No. 130 supra.)

Item (anno incerto) Ludovicus et Hermannus, Comites de Froburg confirmant omnia bona, quæ dedit pater eorum monasterio in locis montanis ac vicinis, et suo usui tam in pascuis quam in aliis utilitatibus congruis pro patris Hermanni salute. — Gg. 1. No. 13. 7 et 9.

Regest. in Miscellaneis P. Athanasii, 1680. No. XIII. 7. 9.

Litteræ originales in incendio 1729 interierunt.

152.

1281. 3. Novemb.

Die Vögte Marchward und Arnold von Rotenburg treten ihre Eigenleute Richenza und deren Kinder mit Hab und Gut, um 30 Pfund Züricherwährung an das Kloster Engelberg ab.

In nomine domini Amen. Uniuersis presencium Inspectoribus pateat et innotescat, quod nos Marchwardus et | Arnoldus de Rotenburc, aduocati, homines nostros, Bertam, Cuonradum,

---

[1]) monachus et postea Abbas Engelbergensis (1299—1317)

[2]) Grafenort. — [3]) Am linken Ufer der Aa.

Waltherum, Rudolfum et Richenzun ma- | trem horum, contulimus libere, sine omni dolo vel fictione Monasterio gloriose virginis in Englaberc | cum omni proprietate tam rerum quam personarum; et hoc egimus cum voluntate pariter et manu, . et. . | uxorum nostrarum nec non liberorum nostrorum, omni iuri predictorum hominum, quantum ad nos et omnes nostros | heredes renunciantes plenius et cedentes, sub hac tamen forma, quod habuimus pro huiusmodi collatione et cessione proprieta- | tis XXX libras thuricensium vel monete equivalentis. Acta sunt hec anno domini M.CC. | LXXX.I. crastino commemoracionis animarum, presentibus testibus fide dignis: domino Walthero preposito in | englaberc, de Iberc dicto, domino H. milite de Iberc, Vlrico de Oberndorf, H. dicto Srutan, H. | de Niderwile, Walthero de Münster, Nicolao dicto Cinggen, H. camerario et aliis viris discretis. | ut autem hec omnino maneant inconvulsa, nostris sigillis hanc kartam fecimus roborari. — o —

Orig. D. 76.

Beide Siegel sind abgenommen.

153.

1282. 14. Febr.

Johannes von Eich verkauft mit Genehmigung seines Lehenherrn Grafen Eberhards von Habsburg, dem Gotteshause Engelberg zwei Schuppossen von dem Hofe Münchingen (-Münigen) bei Sursee.

Nouerint vniuersi, ad quorum noticiam tenor presencium peruenerit, quod Ego Johannes | dictus de Eiche, duas Scopozas iacentes prope Surse in villa Münchingen, | quibus infeodatus fui per Illustrem Dominum meum Eberhardum, Comitem de Habspurch, cui ius allodii in predictis scopozis competebat, cum manu pariter | et expressa voluntate ipsius domini mei, tradidi, vendidi pariter et assignaui hono- | rabilibus in Christo et religiosis . . domino Abbati totique conuentui dominorum et | dominarum Montisangelorum libere perpetuo et pacifice possidendas. In testimonium | autem et robur validum prescriptorum presentes litteras iam dicti domini mei | Comitis

optimi Sigillo communivi. Datum Rinaugie, Sabbato proximo | ante Dominicam, qua canitur Inuocauit me. Anno domini M.CC.LXXX.II. —

Orig. D. 30.

Des Grafen Siegel ist etwas beschädigt.

154.

1283.

Die Brüder Philipp und Rudolf, Vögte von Ringgenberg, übertragen um ihr und ihrer Eltern Seelenheil willen, und für 15 Pfund Pfenninge dem Kloster Engelberg die ihnen gehörenden Rechte und Gefälle von einigen Gütern im Kirchspiele Stans.

In nomine domini Amen. Ad posterorum memoriam expedit que geruntur litteris | demandari. Nouerint igitur uniuersi, quod nos, Philippus et Rv̊dolfus fratres, Aduocati | dicti de Rengenberg,[1]) et. . filius eiusdem Philippi, omne ius status seu ser- | uitutis, quod nobis in prediis Waltheri ab Bürgen a der Huobe, Heinrici am Telacher,[2]) | Růdolfi de Bürgenstade,[3]) Heinrici, Waltheri et Heinrici fratrum dictorum ab Honegge,[4]) | et Richenze de Kirsitun,[5]) competebat, et competere uidebatur, Monasterio Montisangelorum | ob animarum nostrarum, parentumque nostrorum salutis remedium, necnon pro quindecim libris | denariorum monete usualis, nobis ab ipsis traditis et solutis, donauimus, contulimus et | assignauimus, eandem assignationem sponte factam publice recognoscentes. Renuncian- | tes etiam pro nobis nostrisque successoribus omni actioni, exceptioni, impeticioni, fauori | legum et canonum, ac omnibus aliis ac si essent in specie memorata, per que | predicta donatio

---

[1]) Ringgenberg, Pfarrdorf mit ehem. Burg und Stammsitz der Ritter dieses Namens, am Brienzer See gelegen. — [2]) Es gibt in der Kniri ob Stans und in Dallenwil „Talacher;“ hier wird „Talachern“ ob Stans gemeint sein, da „Huob“ in der Nähe liegt. — [3]) heisst die Bucht des Vierwaldstättersees am Fusse des Bürgenberges zwischen Buochs und Ennetbürgen. — [4]) Honegg, zwischen Ob- und Ennetbürgen gelegen, einst der Sitz der adeligen Herren „auf Hohenegg,“ wovon später (1538) das Geschlecht Honegger stammte. — (Kpl. A. Odermatt, die alten Geschl. Nidwaldens p. 233). — [5]) Kirsiten, Filiale von Stans, am nördlichen Fusse des Bürgenberges unweit von Stansstad am Vierwaldstätter See.

posset in posterum aliqualiter infirmari. presentes in testimo- | nium et robur premissorum Sigillorum nostrorum robore communitas memoratis contra- | dendo. Acta sunt hec apud castrum de Rengenberg. Anno domini M. | CC.LXXXIII. —

Orig. D. 77.

Die beiden Siegel weisen aufgerichtete Löwen im Schilde, mit den Unterschriften: S. FILIPPI . ADVOCATI . DE . BRIENS . S. RVDOLFI . DE. BRIENS.

155.

1284. 2. Mai.

Abt Arnold und der Convent von Engelberg treffen mit Heinrich Trutmann; Amtmann des Stiftes Münster, ein Abkommen, wonach das Kloster diesem einige Liegenschaften in Wil, Sursee und Umgebung als Erblehen übergibt, Trutmann dagegen seine Besitzungen in Wetzwil u. s. w. dem Kloster abtritt und ein Jahrzeit stiftet.

† In Nomine domini Amen. Quecunque studio pietatis rationabiliter ordinata fuerint, ea debent perpetuo firmitatis robore | stabiliri, ne forte lapsu temporis decurrente vel hominum vecordia surrepente, quod pie factum esse dinoscitur, ut | plerumque fieri solet, in irritum reuocetur, aut euentibus contrariis interuenientibus penitus extinguatur, hoc autem nullo modo certius | quam per suffragia litterarum poterit precaueri. Nouerint igitur quos nosse fuerit oportunum, tam posteritas quam moderni, quod | nos videlicet Arnoldus de Luceria Abbas totusque conuentus Monasterii Montis Angelorum pro parte una, necnon et Ego Hainricus | dictus Trutman famulus et minister Ecclesie Beronensis pro parte altera diuine pietatis intuitu et ad nostre salutis profectum | de quibusdam nostris possessionibus salubriter ordinandis hinc inde conuenimus ad inuicem in hunc modum, videlicet quod Nos predicti | Abbas et Conuentus dicto Hainrico concessimus possessiones infra scriptas, ad nostrum monasterium iure proprietario pertinentes in | hereditatem tam sibi, quam suis legitimis heredibus pro Censu, quem hic intitulari fecimus possidendas, ita quod | illis decedentibus aut nemine illorum superstite, possessiones eedem

ad nostrum monasterium libere reuertantur. Hee sunt | autem possessiones Eidem Hainrico suisque legitimis heredibus per manum meam, Arnoldi videlicet Abbatis dicti monasterii concesse pro Censibus | hic notatis, Scilicet predium quod dicitur in dem Wile[1]) reddens Tritici modios quatuor, Item apud Surse quidam ager dictus zum Chotten | reddens tritici quartale vnum cum dimidio. Item in dem Jungholze nouale quoddam reddens tritici quartalia duo cum dimidio. Item | predium quoddam in Adelwile[2]) reddens solidos decem. Item in Oie[3]) quoddam prediolum reddens solidos sex, et insuper unius palefredi[4]) | bipedem ferraturam. Item apud Surse in predicto loco zum Chotten quoddam pratum reddens solidos duos. Omnes prenominati Census | semper in Autumpno sunt singulis annis integraliter persoluendi. Et si forsitan usque ad festum Beati Thome proxime subsequens de iam dictis | Censibus aliquis neglectus exstiterit uel detentus, ex tunc illa possessio, de qua solui debuerat, ipso facto vacabit absolute monasterio | memorato, nisi celeri satisfactione de consensu totius conuentus admissa detentores censuum sibi duxerint precauendum. Contra | Ego predictus Hainricus Trutman animarum saluti prospicere volens, non etiam ingratus aut immemor existens beneficiorum a iam dicto Montis | Angelorum monasterio receptorum, legaui possessiones meas infra signatas eidem monasterio resignans eas ad manum antedicti domini | . . Abbatis, et eas rursus recipiens de manu sua michi quoad vixero fruendas, deinde meis heredibus legitimis iure | hereditario possidendas. Taliter autem de ipsis possessionibus ordinaui, quod me superstite in hac vita, quinque solidi dabuntur de quadam | mea possessione sita in Wezwile,[5]) quam colit Jobannes dictus Hobere, persol-

---

[1]) Wil, ist der in Abgang gekommene Name des Hofes Maria-Zell bei Sursee. — Kotten, Hof bei der Station Sursee. [2]) — Adelwil, Pfr. Sempach. — [3]) Ey, Pfr. Nottwil. (?) Laut St. Urbaner Rödeln existirte noch ein Hof „Ey“ in der Nähe von Maria-Zell, und dieser Hof dürfte hier gemeint sein. (Professor J. L. Brandstetter.) — [4]) Pallafredus, (i. e. palla, freno — ductus,) ein Zelter oder Reisepferd, das man, mit einer Decke (palla) belegt, sich am Zügel führen liess. Versuch, p. 101. Nota 4, — [5]) Wetzwil, Pfr. Büren, Ct. Luzern. —

vendi a me singulis annis in vigilia Annunciationis, | et ex hiis quinque solidis celebrari debet ea die anniuersarii mei commemoratio inter viuos et parentum meorum fratrisque mei memo- | ria pro defunctis. Sed postquam Ego viam vniuerse carnis ingressus fuero, redditus viginti solidorum de prelibatis possessionibus | vniuersaliter prouenientes, quos dare debent heredes mei, qui michi legitime succedent in eisdem bonis pertinebunt ad hec anni | uersaria fideliter celebranda, scilicet meum, Trutmani patris, Hemme matris, Chunonis fratris, omniumque parentum meorum semper in die Annunciationis | vigilie prenotate. Quodsi forsitan heredes in eisdem bonis michi legitime succedentes solutionem dicti Canonis ex | malicia seu quavis negligentia vsque ad festum Beati Thome proxime subsequentis reddere distulerint, inter conditiones superius | expressas, ipse possessiones etiam inuitis heredibus ad sepedictum monasterium deuoluantur. Hee sunt autem possessiones cum | suis certis redditibus annotatis, quos Ego sepedictus Hainricus Trutman legaui monasterio montisangelorum premissis conditioni- | bus antedictis; Et hiis in scriptis publice profiteor me legasse, videlicet predium meum in Wezwile quod colit Johannes dictus | Hobere, reddens pro tempore vite mee semper in vigilia Annunciationis quinque solidos ad agendam sicut premissum est, mei memoriam | inter viuos, et postquam de hac vita migrauero reddere debebit nouem solidos annuatim. Item ibidem circa inferiorem partem ville | Bonum puod dicitur de Hunwile, reddens solidos quatuor cum sex denariis. Item predium in Munichingen[1]) quod fuit. . dicti de | Eiche,[2]) reddens solidos septem. Item in Oie bi dum Bach Curtile quoddam reddens denarios sex. Nos etiam predicti videlicet Arnoldus | Abbas Totusque conuentus monasterii Montis Angelorum super hac nostra manuali concessione nullo unquam tempore reuocanda vel aliquatenus | impugnanda pro Nobis nostrisque successoribus, Similiter Ego predictus Hainricus Trutman super hoc meo legato nunquam infringendo | seu contrauenire aliqua-

[1]) Münigen, Pr. Sursee. —
[2]) Eich, Pfarrdorf am Sempacher See.

tenus attemptando pro me ac meis heredibus, hinc inde renunciamus altrinsecus omni actioni, exceptioni, in | integrum restitutioni, constitutioni tam edite quam edende, consuetudini, si que faceret in contrarium, et generaliter | omni iuris beneficio tam Canonici quam Civilis, quod in preiudicium huius nostre conuentionis vergere videretur. In huius rei | Testimonium ac perpetui roboris firmamentum Nos prefati, videlicet Arnoldus Abbas, totusque Conuentus Monasterii montis | angelorum presenti pagine nostrum Sigillum duximus appendendum; Ego autem Hainricus dictus Trutman Sigillo Capituli | Beronensis obtinui presentem paginam communiri. Nos igitur videlicet Capitulum Ecclesie Beronensis ob reuerenciam et favorem | venerabilium in Christo predictorum Abbatis totiusque Conuentus Monasterii Montisangelorum, necnon ad supplicationem predicti | Hainrici famuli nostri Sigillum nostrum presentibus appensamus (sic). Acta sunt hec apud prefatum monasterium montis angelorum Anno domini M. | CC.LXXXIIII. VI. Nonas Mai. Indictione duodecima, predicto Arnoldo de Luceria Abbate gubernatore monasterii | montis angelorum tunc temporis existente.

Orig. D. 81.

Beide Siegel fehlen.

156.

1284. 7. Octob.

Papst Martin IV. beauftragt den Abt Arnold von Engelberg, Besitzungen, Zehnten, Zinse, u. s. w. welche den geistlichen Schwestern zu Rathhausen widerrechtlich entzogen wurden, wiederum zu demselben Kloster zu ziehen. Copie Gg. 20

Original im Kloster Rathhausen; jetzt im Staatsarchiv Luzern.

Druck: Geschichtsfreund, II. 74. No. 33.

157.

1284. 14. Octob.

Papst Martin IV. erteilt dem Abte zu Engelberg die Vollmacht und den Befehl, die dem Kloster Rathhausen renitenten

zinspflichtigen Personen, geistlichen und weltlichen Standes, zur Entrichtung der diesem Gotteshause schuldigen Zinse und Gefälle durch kirchliche Censuren zu zwingen. Copie Gg. 21.

Original im Kloster Rathhausen; jetzt im Staatsarchiv Luzern.

Druck: Geschichtsfrd. II. 74. No. 34.

158.

1284. 31. Octob. und 1285. 9. Febr.

Bischof Rudolf von Constanz bestätigt den vom Papste Martin IV. an Abt Arnold zu Engelberg erteilten Auftrag, dafür zu sorgen, dass die dem Kloster St. Johann in Turthal entzogenen Rechte und Güter demselben, sogar unter Anwendung kirchlicher Strafen, wieder zurückgegeben werden.

R. Dei gratia Constantiensis episcopus. Dilectis in Christo universis. . præpositis. . decanis. . plebanis et viceplebanis, ad quos præsentes pervenerint, salutem in domino. Noveritis, nos litteras Domini Papæ, stilo et filo integras, ac in nulla sui parte viciatas, vidisse, quarum tenor talis est:

„Martinus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio. . Abbati monasterii de Monte Angelorum, Constantiensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii. . Abbas et conventus monasterii sancti Johannis in Turtal, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, quam prædecessores eorum, decimas, domos, vineas, terras, possessiones, prata, pascua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones, et quædam alia bona ad monasterium ipsum spectantia, datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis renunciationibus et pœnis adiectis, in gravem læsionem ipsius monasterii, nonnullis clericis et laycis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis litteras confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest, super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis eiusdem mona-

sterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, iuramentis, pœnis, renunciationibus et confirmationibus supradictis, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Perusii II. kal. Novembris, Pontificatus nostri anno quarto."

Nos vero cum propter nimias impetrationes commissionum, tam sedis apostolicæ, quam auctoritatis nostræ, quam plurimos frustra vexari cognoverimus, in synodo proxima per nos celebrata in Constantia, generaliter inhibuimus, ne quis prælatorum, cui causæ committebantur, vel adhuc solent committi, se de illis, iuxta inhibitionem per nos factam, nullo modo intromitterent sine nostra licentia speciali. Verum quia monasterium sancti Johannis in Turtal, ordinis sancti Benedicti, per ostensiones et narrationes plurimorum, ex distractionibus variis et illicitis cognovimus ad paupertatem et desolationem nimiam declinare, tibi in Christo dilecte. . Abbati monasterii Montis Angelorum specialiter indulgemus, ut causam istam vel causas in hoc autentico contentam vel contentas, auctoritate tibi a sede apostolica commissa, diiudices secundum industriam tibi a Deo datam, de cetero in aliis nullatenus processuro. Datum Rinaugiae, anno domini MCCLXXXV. V. Jdus Februarii, Indictione XIII.[1])

Copia Gg. 22.

Original im Stiftsarchiv St. Gallen. — Copie nach Wartmanns Urkundenbuch der Abtei St. Gallen, III. 242. No. 1044.

159.

1284. 18. Decemb.

Papst Martin IV. bevollmächtiget den Abt Arnold von Engelberg, einige ungehorsame, aufrührerische und der Excommunication verfallene Mönche aus der Bannstrafe zu lösen.

---

[1]) Dieser päpstliche Auftrag wurde in gleichem Wortlaute d. 6. Aug. 1294 vom Bischof Heinrich v. Constanz an den Abt v. Engelberg erneuert. Copie Gg. 23.

Martinus episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio. . Abbati monasterii de monte angelorum ordinis sancti Benedicti | Constantiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis tua petitio continebat quod nonnulli monasterii tui monachi et Conuer- | si pro uiolenta manuum iniectione in se ipsos et quidam pro detentione proprii, alii etiam pro denegata tibi et predecessoribus tuis | obedientia seu conspirationis offensa in excommunicationis laqueum inciderunt, quorum monachorum quidam diuina celebrarunt officia et | receperunt ordines sic ligati. Quare super hiis eorum prouidere saluti a nobis humiliter postulasti. De tua itaque circumspectione | plenam in domino fiduciam obtinentes, discretioni tue presentium auctoritate concedimus, ut eosdem excommunicatos absoluas hac | uice ab huiusmodi excommunicationum sententiis iuxta formam ecclesie uice nostra et iniungas eis quod de iure fuerit iniungendum, pro- | uiso, ut manuum iniectores, quorum fuerit grauis et enormis excessus, mittas ad sedem apostolicam absoluendos. Cum illis autem ex | eisdem monachis, qui facti immemores uel iuris ignari absolutionis beneficio non obtento receperunt ordines et diuina officia cele- | brarunt, iniuncta eis pro modo culpe penitentia competenti eaque peracta, liceat abs dei misericordia, que super exaltat iu- | dicio, prout eorum saluti expedire uideris dispensare. Si uero prefati monachi excommunicati scienter, non tamen in contemptum | clauium talia presumpserunt, eos per biennium ab eorundem ordinum executione suspensos et imposita ipsis penitentia salutari, eos | postmodum, si fuerint bone conuersationis et uite, ad gratiam dispensationis admittas. Proprium autem si quod habent dicti monachi et conuer- | si, in tuis facias manibus resignari in utilitatem dicti monasterii conuertendum. Datum Perusii XIIII. kal. Januarii. | Pontificatus nostri Anno Quarto. Orig. A. 15.

Die Bulle hängt.

160.

1287. 8. Mai.

Rudolf von Schauensee bestimmt und vergabt vor seiner Pilgerfahrt nach St. Jost (im Bisthum Amiens, Frankreich) um

seines, seiner Eltern und Vordern Seelenheiles willen, mit Zustimmung der Erben und dem Rate der Aebte von Engelberg und Cappel, verschiedene Güter den Gotteshäusern Luzern, Engelberg, Interlacken, Cappel, Wettingen, St. Urban, Ebersegg, Hohenrain, Hitzkirch, Rathhausen, Frauenthal, Steina, Seedorf und Neuenkirch. Dem Kloster Engelberg übergab er das Gut Rütinen zu Buochs und ein Gut am Bürgen bei Buochs.

Copie Gg. 24.

Original: Abtei Cappel; jetzt Staatsarchiv Zürich.

Druck: Geschichtsfreund, II. 75.

161.

1289. 19. März.

Burchard von Gerliswil, in der Pfarrei Emmen, der dem Kloster Rathhausen Eigentum und Zinse des Gutes Homeysen schon 15 Jahre lang angesprochen und vorenthalten hatte, wird durch ein Schiedsgericht, das der Abt von Engelberg als päpstlicher Delegirte ernannte, zu Strafe und Schadenersatz verfällt und angehalten.

Copie Gg. 25.

Orig. im Staatsarchiv Luzern; vormals im Kloster Rathhausen.

Druck: Geschichtsfrd. II. 79.

162.

1290. 21. Febr.

Uebereinkunft zwischen dem Kloster Engelberg und der Comthurei in Hohenrein betreff der Kinder der leibeigenen Eheleute Burchard von Wil und Hemma von Hoken.

In nomine domini amen. Ut iurgiorum precidatur materia, convenit, ea que geruntur | litterarum beneficio conservari. Pateat igitur tenore presentium vniuersis, quod inter nos videlicet | Arnoldum permissione diuina abbatem et conuentum monasterii montis angelorum ex una, nec non | fratrem Hartmannum de Winzenhein commendatorem et conuentum domus sancti Johannis in | Honrein ex altera (parte), communi assensu conuentus et ex pacto, deliberatione super hoc pre- | habita

diligenti, et vtilitati hinc inde pensata, ut proles, quas Burchardus de Wil- | deswile seruus domus predicte in Honrein et Hemma de Hoken[1]) predicti monasterii serua | coniuges sibi invicem genuerint, iuri et servituti communi utriusque loci predicti debeant | pertinere. Et in bonis tam mobilibus quam immobilibus acquisitis et acquirendis tam ipsi | quam heredes eorum et nepotes sibi mutuo succedere in futurum, conditione dispense non | obstante. In testimonium autem et ratihabitationem[2]) premissorum, presens instrumentum Sigillis | nostris, abbatis et conuentus montis angelorum prenominatorum patenter existit roboratum. | Datum anno domini M.CC.XC.VIII. kal. Marcii. Indictione tertia. Copia Gg. 26.

Beide Siegel zerbrochen.

Original: Comthurei Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Luzern.

163.

1290.

Abt Arnold und der Convent von Engelberg gestatten, dass ihr Dienstmann Nicolaus Strohmeier in Zürich von der Aebtissin daselbst den s. g. Strohmeiershof gegen einen jährlich zu entrichtenden Zins zu Lehen nehme.

Reverendis in Christo E. Dei gratia Abbatissæ monasterii Thuricensis suoque Conventui, A. divina permissione Abbas et Conventus monasterii Montis Angelorum, orationes in eo, qui vera est salus cum salute. Cum inter Vos et Nicolaum filium Wernheri pie recordationis, dicti Strohmeiers de Turego, servum nostri monasterii cum sua spontanea voluntate et consensu taliter sit tractatum et ordinatum, quod vos eidem Nicolao curiam vestram sitam in Turego, que vulgo dicitur Strohmeiershof, concesseritis pro annuo censu, videlicet decem modiorum tritici mensure Thuricensis in festo sancti Galli et uno quartali optimi vini in festo Johannis vobis ac vestro monasterio plene persolvendis, ipso cedente vel decedente de

---

[1]) Bauernhof in Rotenburg. — [2]) sic; statt: ratihabitionem.

rebus seu successionibus predicti Nicolai quatuor libre dena riorum usualis monete nomine Mortuarii seu caduci, quod vulgo dicitur Abzug, cum censibus predictis vobis seu vestris successoribus persolvi debent sine aliqua contradictione. Nos utilitati predicti Nicolai servi nostri, prout decet et convenit rationi, benigne prospicientes omnia predicta rata et firma tenentes confirmamus per presentes. In huius rei testimonium presens instrumentum nostro Sigillo vobis tradimns patenter communitum. Datum apud Montem Angelorum anno domini M.CC.LXXXX. Indictione IIII. — Copia Nn. 3.

Orig. im Staatsarchiv Zürich.

164.

1292. 19. März.

Abt Arnold von Engelberg urkundet, dass ihm Wernher Brechter, Bürger von Zürich, seine Besitzungen in Schachdorf, welche 40 Schillinge jährlich abwerfen, mit der Bedingung übergeben habe, dass dieser Zins seinen vier Nichten im Frauenkloster als Leibgeding, nach deren Tod aber beiden Klöstern zu gleichen Theilen für ein Jahrzeit zufallen solle. —

Arnoldus Abbas Monasterii Montis Angelorum ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, necnon Conuentus tam dominorum quam dominarum eius- | dem monasterii vniuersis presentium inspectoribus seu auditoribus affectum karitatis. Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod predilectus ami- | cus noster Wernherus Brechter, Civis Thuricensis, possessiones suas sitas in villa Schachdorf[1]) retro domum Waltheri bi dem Bache inter | septa bonorum ipsius Waltheri, quas emit ab eodem Walthero, soluentes annuatim quadraginta solidos vsualis monete, propter dominum et pro reme- | dio anime sue, uxoris sue ac parentum suorum contulit, dedit et tradidit monasterio nostro sub modo et condicionibus infrascriptis, qui census | predictus per prefatum Waltherum, vel quemlibet ipsorum bonorum qui pro tempore fuerit, cultorem, annuatim in festo Johannis Baptiste vel ad maius infra | septem

---

[1]) Schattdorf, Ct. Uri.

dies post idem festum Magistre Conuentus dominarum monasterii nostri pro tempore existenti debeat presentari, per ipsam quatuor sanctimonialibus | ipsius Conuentus, prefati Wernheri neptibus Richinze, Elisabete, Ite et Anne similiter, vel vna ex hiis defuncta, tribus superstitibus, duabus | defunctis duabus superstitibus, tribus defunctis quarte superstiti, ad reparationem et meliorationem vestium suarum, distribuendus. Omnibus autem | prefatis sanctimonialibus de medio sublatis, Magistra tunc existens, mediam ipsius census partem Conuentui dominorum, mediam etiam Conuentui | dominarum ad pastum seu refectionem in vino et piscibus ministrabit, et eodem refectionis die, post obitum prefati Wernheri donatoris, anniuer- | sarium ipsius cum vigilia et memoria predecessorum parentum suorum in monasterio nostro debebit fideliter celebrari. Quicunque etiam cultor possessionum | ipsarum censum ipsum offere negligeret modo et tempore superius determinatis, ipso facto cultura ipsarum possessionum priuatus esse debebit, censum ipsum ea | vice nichilominus exsoluendo, et alii cultori sub honere[1]) et periculo suprascriptis cultura ipsarum possessionum committi debet et concedi. Si etiam, quod | absit, prefata ordinatio ex parte nostra vel monasterii nostri in toto vel in aliqua sui parte infringeretur, vel irritaretur, aut impediretur, actum | est et conuentum inter nos et prefatum Wernherum donatorem, quod tunc ipso facto priuati esse debemus possessionibus eisdem, et quod ad ipsum | donatorem vel ad heredes suos, ipso non existente, libere et sine contradictione nostra omnino reuerti debet et reuolui. Nos etiam sub modo et condi- | tionibus suprascriptis recepimus possessiones memoratas a donatore prenotato. Prefatus etiam Waltherus bi dem Bache possessiones | easdem a nobis sub honere[1]) et periculo supradictis recepit excolendas. In quorum omnium et singulorum euidenciam presens instrumentum | sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum et actum in monasterio nostro Anno domini M.CC.LXXXXII. Indictione V. —

Orig. D. 78.

Die Siegel fehlen.

---

[1]) sic! statt; onere.

165.

1293. 2. Febr.

Abt Arnold urkundet, dass Eglolf Hoger eine halbe Hofstatt in Rieden (am Albis), 16 Schillinge zinstragend, gekauft, und bestimmt habe, dass davon bei Lebzeiten ein Schilling, nach seinem Tode aber der ganze Zins dem Frauenkloster in Engelberg zukommen solle. —

Arnoldus diuina permissione Abbas monasterii Montis angelorum. Vniuersis Christi fidelibus, quibus presentes | lecte fuerint, vel ostense, salutem in domino Jesu Christo, et noticiam subscriptorum. Nouerint | vniuersi quos nosse fuerit oportunum, quod Eglolfus dictus Hoger in remedium anime sue | emit a Walthero dicto Buggo dimidiam aream, vulgariter dictam Hofstat, sitam in | banne ville Rieden, soluentem annuatim nomine census sedecim solidos vsualis mone- | te, cuius census prefato Eglolfo et vxore sua viuentibus Petrus de Vozingin uel H. filius eius erunt tantummodo receptores, dantes conuentui consororum nostrarum unum soli- | dum annis singulis in festo corporis Christi, et quindecim solidos cuicunque Eglolfus uel vx- | or sua dari iusserint memorati. Post mortem vero amborum totalis iste cen- | sus ad manus prefatarum nostrarum consororum libere devoluetur. In cuius rei testimoni- | um presens instrumentum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum | in Monte Angelorum anno domini M.CC.LXXXX.III. in festo Purificacionis beate | virginis Marie . presentibus Petro de Vozingin cum filio suo Heinrico, R. Pontreben, | Arnoldo Pontreben, R. dicto Spicher, R. dicto Ramchlis Sun, C. | der meister, et aliis compluribus fit et ignis (sic).[1] Orig. D. 79.

Das Siegel fehlt.

166.

1295. 23. Jan.

Abt Arnold thut dem Rate von Zürich kund, dass er in seinem und des Klosters Namen den drei Söhnen Conrads von Westwil die Erlaubniss gebe, sich in das Bürgerrecht Zürichs aufnehmen zu lassen.

---

[1]) legendum: fide dignis.

Viris prudentibus et discretis. . Advocato et Consulibus Civitatis Thuricensis, Arnoldus | divina permissione Abbas monasterii Montis Angelorum salutem cum obsequiosa ad quevis beneplacita vo- | luntate. Noverit vestra discretio, quod nos Walthero et Conrado ac Lutoldo | filiis Chuonradi de Wettiswile[1]) Concivis vestri, servis nostri monasterii permittimus | pro nobis nostrisque successoribus ac vice et nomine nostri monasterii, eisque damus licentiam per pre- | sentes, ut in vestrum per vos recipi valeant consortium et concives, salvis nobis et nostro | monasterio iuribus universis in eisdem servis nobis et nostro monasterio competen- | tibus. Et in evidentiam premissorum sigillum nostrum pro nobis nostroque monasterio presentibus duximus appen- | dendum. Datum apud monasterium nostrum anno domini M.CC.LXXXXV. X. kal. Februarii. Indictione VIII. — Copia Nn. 3. a.

Original im Staatsarchiv Zürich.

167.

1297. 10. Novemb.

Conrad Engelbert tritt sein Haus mit Hofstatt und Gütern in Steg gelegen an Burkard an der Gand, zu Handen des Klosters Engelberg ab, mit der Bedingung, diesem jährlich 26 Schl. als Zins davon zu entrichten. —

Volrico diuina permissione Abbati Montis Angelorum. Arnoldus Miles et villicus | de Selennon[2]) obsequiosam in omnibus voluntatem. Vestre discretioni patefiat, | quod Cv̊nradus dictus Engeleberth domum suam cum area sitam | in Stege,[3]) et bona ipsius a nidrun matte, ad manus vestras | Burkardo an der gande, famulo vestro cum vxore et pueris suis libere | resignauit, in hunc modum, quod viginti sex solidi monete vsu- | alis nomine census annuatim festo Martini de bonis predictis | soluantur. Acta sunt hec in Stege, anno domini M.CC.LXXXX | VII., vigilia Martini. His presentibus: Petro

---

[1]) Wetswil, Pfr. Stallikon, Ct. Zürich.
[2]) Silenen, Ct. Uri. —
[3]) Amsteg, Pfr. Silenen. —

de Rieden, W. filio | suo, H. a der Matte, Cuon. dicto Toman, C. vor brugge, B. et | H. Templer. In cuius rei testimonium ego Arnoldus predictus Sigillum | meum littere presenti appendo.[1])

Orig. D. 80.

Das Siegel: Stierenkopf mit einem Ring an der Nase, mit der Umschrift . . . OL. I. VILLICI . . . SILEN , . . hängt beschädigt.

Sæc. XIV.

168.

1300. 23. Jan.

Graf Rudolf von Habsburg gestattet dem Ritter Heinrich Schrutan von Winkelried seine Besitzungen in Stans, Buochs, Alpnach u. s. w. dem Kloster Engelberg zu vergaben.

Růdolfus Comes de Habspurch vniuersis ad quos presentes peruenerint affectum caritatis cum | noticia subscriptorum. Fidelium nostrorum piis affectibus cooperari cupientes, permittimus et concedimus | liberaliter, consensu et auctoritate nostra expressa interueniente, manusque nostre traditione, prout | est terre consuetudinis, tenore presentium, quod strenuus vir, Heinricus miles de Win- | kelriet, dictus Schrutan, miles, Fidelis noster dilectus, legare possit, donare, et tradere possessiones suas sitas in parrochiis Ecclesiarum Stans, Bůchs, et Alpnach, seu | alibi, quas nunc habet seu habebit in futurum, seu partem possessionum predictorum, habitarum vel ha- | bendarum, iuxta plus vel minus, viris religiosis Dilectis in Christo . . diuina permissione Abbati | et Conuentui monasterii Montis Angelorum ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis, pro sue et parentum | suorum animarum salute, et huiusmodi concessionem et permissionem de bonis dicti militis habitis vel habendis | legatis vel donatis, ac legandis seu donandis monasterio antedicto promittimus ratam et gratam nos | perpetuo tempore habituros. Et in euidentiam premissorum presentes litteras

---

[1]) Vgl. Versuch, Engelb. S. 104. Anm. 1. —

Sigillo nostro eidem monasterio tradimus | communitas. Actum et Datum Thuregi anno domini M.CCC. X. kal. Februarii, Indictione XIII. — Orig. D. 94.

Des Grafen Siegel hängt etwas beschädigt.

Druck: Herrgott, Geneal. II. 2. 581.

169.

1300.

Drei Bischöfe verleihen den Gläubigen für andächtigen Besuch der Klosterkirche in Engelberg und der Kapelle des dortigen Frauenklosters Ablässe auf verschiedene Feste.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint Nos miseratione diuina Basilius ierosolymitanus, Adenulphus | cosani archiepiscopi, et nicolaus tortibulensis episcopus, salutem in omnium saluatore. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat | ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius majestate sperancium tunc benigno fauore prosequitur, cum deuota eorum humilitas sanctorum meritis | et precibus adiuuatur. Cupientes igitur, ut ecclesia beate Marie Virginis montis angelorum et capella monialium eidem annexa et altaria ibidem consecrata, constantiensis | diocesis, congruis honoribus frequententur et a Christi fidelibus iugiter venerentur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam, altaria et capellas in festo | natiuitatis domini, circumcisionis, ephiphanie, resurrectionis, ascensionis domini et penthecostes, singulis festiuitatibus beate Marie Virginis, singulorum apostolorum, vincencii, mauricii | et laurencii martirum, beatorum johannis euangeliste et baptiste, michaelis, nicolai et martini, sancte crucis, katarine et marguarete virginum, in festo et dedicatione | dicte ecclesie, capelle et altarium et patronorum et per octavas accesserint annuatim aut ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia neccessaria quicquam suarum de- | derint uel miserint facultatum uel ibidem diuinum audient officium uel missas, etiam qui sacerdotem uel curatum cum corpore Christi uel sacra unctione infirmos |

visitantem deuote associauerint, de dei omnipotentis misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius meritis et auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadrage- | nas de iniunctis sibi penitenciis, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus, in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei fidem et testimonium nostra sigilla | duximus litteris presentibus apponenda. Datum Rome anno domini millesimo CCC. pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno sexto. —

Orig. A a a. I.

Die drei bischöflichen Siegel hängen gut erhalten.

170.

1300. 24. Decemb.

Bischof Heinrich von Constanz bestätigt obigen Ablassbrief.

Hainricus dei gratia Constantiensis Episcopus. Dilectis in Christo vniuersis ad quos presentes peruenrint, salutem in domino sempiternam. | Ad imitationem sacrosancte matris Ecclesie, per spiritualium consolationum antidota, adoptionis sue filios inuitantis ad vberiorem | executionem operum pietatis, vniuersas et singulas indulgentias, quas venerabiles in Christo patres et domini: Basilius Iresolimitanus, Adenulphus | Cosani Archiepiscopi, etc. etc. (folgt die wörtliche Anführung obiger Urkunde.) sunt largiti, ratas es gratas haben- | tes, eisdem, in quantum de iure possumus et debemus, nostrum consensum expressum et liberum impertimus. Nolumus autem ut predicte | littere Questuariorum manibus deferantur, alioquin ipsas decernimus irritas et inanes. Datum Constantie, anno domini | M.CCC. IX. kalendas Januarii. Indictione XIIII. — Orig. A a a. II.

Das bischöfl. Siegel hängt beschädigt.

171.

1300. 9. Apr.

Bonifacius, Weihbischof von Constanz erteilt bei Anlass der Weihe zweier Altäre in der Pfarrkirche zu Stans, auf gewisse Festtage des Jahres Ablass.

Original in Stans.

Druck: Geschichtsfreund, II. 170.

172.

1300. 24. Dec.

Bischof Heinrich von Constanz bestätiget einen durch drei Erzbischöfe und sieben Bischöfe der Pfarrkirche in Stans ausgestellten Ablassbrief.

Original in Stans.

Druck; Geschichtsfreund. II. 171.

173.

1301.

Abt und Convent von Engelberg bezeugen, dass Bruder Walther Zuber ein Gut am Bürgen gekauft und dem Kloster übergeben habe, wofür sie sich verpflichten, sein und seiner Vordern Jahrzeit und das Fest der hl. Dreifaltigkeit feierlich zu begehen.

In gottes namen amen. Allen dien die disen brieff sehent oder hörent lesen Kv́nden wir Apt Růdolf von Engelberg vnd der Conuent | daz mit vnser gunst vnd vnserm willen Brůder Walther zuber zů vůr vnd kaufte ein gůt an Búrgen von v̊lrichen von Steina ein Gaden- | stat, dv́ sol gelten X schillinge ellú jar, vnd ist geheizen in Bennendal.[1]) Darzv̊ han wir im gegeben ein phunt geltes vm XX. phunt, des | ligent in dem zingel[2]) X. schillinge vnd uf Luternse[3]) X. schillinge, vnd sol Walthers Erblen sin am Geren,[4]) vnd Walthers ze dien Walken,[5]) vnd | ir nakomen. Darnach sin wir der vorgenande apt Růdolf vnd der Conuent v́berein komen dur got vnd dur die liebi, die derselbe | Brůder Walther gegen vns hat getan, daz wir vns han gebunden darin daz wir daz Hochcit[6]) der heiligen Drivaltekeit svn began | an der Octaue ze phingsten, mit dem hôchsten Ampte. vnd davor an dem Samstage svn wir began sin behúgde[7]) mit einer messe. Vnd | des selbes Tages sol

---

[1]) unbekannt. — [2]) Zingel heisst ein Gut auf Obbürgen. „Mechtild ab Zingel 1300 Klosterfrau in Engelberg," Necrol. Monialium. — [3]) Lutersee, Alp in Nidwalden — [4]) Landgut im Grafenort. — [5]) unbekannt; vielleicht „Walli," zwei Heimwesen zu Dallenwil, woher das längst ausgestorbene Geschlecht im „Walli" stammte. (Kpl. Odermatt.) [6]) das Fest. [7]) Gedächtnis. —

man dien kloster vrowen schenken zem minren messe. vnd swenne daz ist, daz Got vber in verhenget, dar er ver- | dirbet, so svn wir nach gewonheit sin jarcit began, vnd aller siner vordern. vud swer kvster si ze Engelberg der sol ellú jar die vorgenanden | Zinse emphan an vnsers herren vffart an alle widerrede der Lenlvten. vnd sol an des selben vorgenanden Hochzites tage mit dien zehen | schillingen die ab Búrgen gant, dienon dem apte vnd dien herron, in daz keuenter[1]) vber Thisch, nach der gewonheit, als ez har ist komen, | vnd sol mit dem phunde dien vrowen geben Elsezer zem minren messe. Diz beschach ze Engelberg in Offennen Capitel, in dem jare | do von Gottes geburt waren, Tvsent. Drúhundert, vnd ein jar. Daz diz stete vnd gewer belibe, se henken wir Apt Rúdolf vnd der | Conuent vnser Jngesigel an disen brief. — Orig. D. 87.

Die Siegel fehlen.

174.

1303. 2. Jan.

Propst Conrad und das Domkapitel zu Constanz erteilen ihrem Bischofe Heinrich die Vollmacht, je eine Pfarrkirche in seinem Bistume, worüber Klöster und geistliche Stifte das Patronatrecht haben, denselben in Bezug auf die Einkünfte (quoad temporalia) einzuverleiben. Orig. Bbb. IX.

Das Siegel des Domkapitels hängt etwas beschädigt.

Druck: Geschichtsfreund. XIX. 260.

175.

1303. 9. Jan.

Dieselben bevollmächtigen denselben Bischof zur Erwerbung des Patronatrechtes einer Pfarrkirche und zur Verwendung deren Einkünfte für den Unterhalt des Armenspitals an der Rheinbrücke zu Constanz.

Omnibus presentes litteras inspecturis Cúnradus prepositus totumque capitulum ecclesie Constantiensis subscriptorum noticiam

---

[1]) Convent. —

cum salute. Cum venerabilis pater et dominus noster Hainricus dei gratia Constantiensis episcopus zelo devotionis accensus hospitale pauperum, qui aliunde nequeunt sustentari, iuxta pontem rheni civitatis Constantiensis, contiguum Capelle sancte Marie Magdalene ibidem site construxerit et id in parte dotatum affectet uberioribus dotibus pro indigencia pauperum inibi locandorum salubriter ampliare precipuo caritatis opere inspirato divinitus sibi quod est alimentum pauperum et esurientium pre oculis collocatum dictumque hospitale nostre gubernacioni nostroque regimini subiecerit perpetuo inviolabiliter et inconcusse. Nos volentes in hac parte sibi quoad sustentacionem et indigenciam pauperum dicti hospitalis ibidem collacandorum pietatis moti visceribus cooperari deliberacione prehabita diligenti et tractatu solemni premisso, qui circa talia negocia habendus est et premittendus iuxta sacrorum canonum instituta, damus eidem irrefragabiliter ac irrevocabiliter tradimus ac concedimus plenam et liberam facultatem unam duntaxat ecclesiarum parochialium, cuius ius patronatus ipsum conquirere continget in futurum, vel cuius ius patronatus in ipsum transferetur tytulo donacionis aliove quocunque tytulo licito, usibus perpetuis hospitalis memorati applicandi et annectendi quoad temporalia, retentis sibi suisque successoribus iuribus episcopalibus et archidiaconalibus, incommutabiliter et irrevocabiliter sine cuiusvis obice impedimenti, ita quod super his ipsorumque expeditione et consummatione nullus ad nos vel nostros successores de cetero respectus haberi debeat, nulla requisitio aut aliquis etiam recursus. Adhibitis per nos in omnibus et singulis subsriptis verborum ac gestuum solemnitatibus debitis et consuetis. Et in evidenciam premissorum, ipsorumque inviolabilem et incommutabilem firmitatem presentes litteras sibi tradimus sigillo nostri capituli roboratas. Datum et actum Constantie anno domini M.CCC. tertio. V. Idus Januarii. Indictione prima.

Copia Bbb. 17.

Original im Stadtarchiv Bremgarten.

176.

1303. 23. Jan.

Bischof Heinrich von Constanz einverleibt das ihm vom Abt und Convent zu Engelberg abgetretene Patronatsrecht mit den Temporalien der Pfarrkirche zu Wyl dem Spital der Armen bei der Rheinbrücke zu Constanz.

Heinricus dei gracia Constantiensis Episcopus omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Cum honorandus in Christo. . prepositus totumque capitulum ecclesie nostre Constantiensis deliberatione prehabita diligenti et tractatu solemni premisso, qui circa talia negotia habendus est et premittendus iuxta sacrorum canonum instituta, nobis irrefragabiliter et irrevocabiliter plenam et liberam dederint facultatem, unam ecclesiarum parochialium, cuius ius patronatus in nos transire contingeret vel in nos transferri donationis aliove quocunque tytulo licito et honesto applicandi et annectendi quoad temporalia, reservatis nobis nostrisque successoribus iuribus episcopalibus et archidyaconalibus, usibus perpetuis hospitalis pauperum, qui aliunde nequeunt sustentari, iuxta pontem Reni civitatis Constantiensis siti, contiguique Capelle sancte Marie Magdalene ibidem site, quod regimini perpetuo capituli subiecimus memorati, prout in Instrumento super hoc confecto plenius continetur. Nos deliberatione prehabita diligenti in subsidium alimenti pauperum et esurientium, quod inter opera caritatis non minimum reputatur, ius patronatus ecclesie parochialis in Wille,[1]) nostre diocesis, quod in nos per honorandum in Christo. . Abbatem et Conventum monasterii Montis angelorum legitime est translatum, prout ex continencia super hoc confectorum perpenditur Instrumentorum, et ecclesiam eandem in Wille quoad temporalia, retentis nobis nostrisque successoribus iuribus episcopalibus et archidyaconalibus in eadem, usibus perpetuis hospitalis memorati annectimus inviolabiliter et incommutabiliter ac irrevocabiliter applicamus, ita quod —

---

[1]) Oberwil, Pfr. im Bezirk Bremgarten.

procuratores eiusdem hospitalis quicunque pro tempore fuerint, cedente vel decedente Rectore ipsius ecclesie nobis nostrisque successoribus Vicarium perpetuum ad curam ipsius ecclesie presentent investiendum tamquam Vicarium perpetuum de ipsa cura, cum emolumento prebende perpetue vicarie, aliis omnibus et singulis reditibus ipsius ecclesie usibus perpetuis hospitalis memorati debitis et cedentibus, et in eosdem usus perpetuos inviolabiliter convertendis, adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum solemnitatibus debitis et consuetis. Et in evidenciam premissorum, ipsorumque perpetuam et inviolabilem firmitatem, presens Instrumentum conscribi fecimus et Sigilli nostri robore communiri. Datum et actum Constantie anno domini M.CCC. tertio. X. Kalendas Februarii. Indictione prima. — Copia Bbb. 18.

Original im Stadtarchiv Bremgarten.

177.

1303. 8. Febr.

Bischof Heinrich von Constanz einverleibt die Temporalien der Kirche zu Buochs dem Gotteshause Engelberg, deren Patronatsrecht es besitzt, damit nicht der Mangel am zeitlichen Unterhalt die strenge Ordenszucht und das gottgefällige geistliche Leben, das allda in beiden Klöstern in schönster Blüte steht, erschlaffe. Orig. Bbb. X.

Das bischöfliche Siegel hängt unverletzt.

Druck: Geschichtsfreund, XIX. 261.

178.

1303. 21. Febr.

Aus Erkentlichkeit für die Incorporirung der Kirche zu Buochs schenken Abt und Convent von Engelberg dem Bischof von Constanz das Patronatsrecht der Kirche zu Wil (bei Bremgarten) mit allen dazu gehörenden Einkünften für den von ihm gegründeten Armenspital in Constanz; ebenso auch das Patronatsrecht, die Widums-Güter und Vogtei zu Affoltern. (Ct. Zürich). —

Omnibus presentes litteras inspecturis Rådolfus divina permissione abbas totusque Conventus monasterii Montis angelorum, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, subscriptorum noticiam cum salute. Suadet equitas, hortatur ratio, ius permittit, ut hiis personis grata ab hiis beneficiorum vicissitudine occurratur, qui beneficia larga et utilia ab eisdem personis hilariter et liberaliter receperunt. Cum itaque Venerabilis pater et dominus noster Heinricus dei gracia Constantiensis Episcopus nomine suo et honorabilium in Christo. . prepositi et Capituli ecclesie sue Constantiensis ex viribus potestatis in ipsum translate per dictum Capitulum suum, prout in Instrumento super hoc confecto plenius continetur, Ecclesiam parochialem in Buochs, cuius Iuspatronatus nobis et nostro monasterio dinoscitur pertinere, quoad temporalia, reservatis sibi spiritualibus iuribusque episcopalibus et archidyaconalibus in eadem, exceptaque prebenda vicarii perpetui debita et honesta, et collatione prebende ibidem constitute et dotate, quam nunc habet et possidet Hartmannus de Kevinkon sacerdos post decessum vel cessionem magistri Vlrici dicti Wolflaibsch Rectoris ipsius ecclesie per nos abbatem nostrosque successores quicunque pro tempore fuerint, offerente se facultate in perpetuum persone idonee, eo iure eaque consuetudine, quibus Rectores ipsius ecclesie eandem contulerant, hactenus facienda, nostris usibus perpetuis realiter annexerit et applicaverit, Nos volentes eidem grata vicissitudine respondere animo liberali, deliberatione prehabita diligenti, tractatuque solempni prehabito et premisso, qui circa negocia huiusmodi habendus est et premittendus iuxta sacrorum canonum instituta, Juspatronatus ecclesie in Wile necnon Curiam ibidem sitam, Scopozas et possessiones monasterii nostri ibidem omnes et singulas, hominesque nostros et nostri monasterii in dicta villa Wile residentes aut commorantes cum redditibus dictarum Curie Scopozarum et possessionum et cum silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis ipsarum pertinenciis et iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis quocunque nomine censeantur, que omnia nobis nostroque monasterio iure directi dominii sine quovis dubio

pertinebant, de voluntate libera et expressa ipsius domini nostri Episcopi Constantiensis pro anime sue remedio sempiterno. Hospitali per ipsum inchoato et in parte constructo ac deputato pauperum receptioni et conservationi, sito iuxta pontem Reni civitatis Constantiensis et contiguo Capelle sancte Marie Magdalene ibidem site, usibusque perpetuis eiusdem hospitalis. Prefatoque domino nostro Episcopo Constantiensi nomine et vice sui Episcopatus et Ecclesie Constantiensis Iuspatronatus Ecclesie in Affoltre, quod nobis et nostro monasterio pertinebat cum advocatia dotis ibidem existente annis singulis reddente quatuor solidos Brisgaugensium denariorum, realiter damus, donamus, tradimus et conferimus, necnon in ipsum hospitale Juspatronatus Ecclesie in Wile predicte cum Curia, Scopozis, possessionibus, hominibus, earumdemque Curie Scopozarum, possessionum pertinentiis, redditus attinentiis, et iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis, titulo perfecte donationis. iure directi dominii transtulimus et transferimus ac in prefatum dominum nostrum Episcopum Constantiensem nomine et vice sui Episcopatus et ecclesie Constantiensis Iuspatronatus ecclesie supradicte in Affoltre cum iure advocatie dotis eiusdem realiter et in perpetuum transtulimus et transferimus per presentes, adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum solempnitatibus debitis et consuetis. Et ut ea que premissa sunt ac quodlibet eorumdem sub perpetuo robore perseverent, renuntiamus circa ipsa et singula ex eisdem tam pro nobis quam pro nostris successoribus, nostroque monasterio realiter beneficio restitutionis in integrum principaliter vel etiam incidenter(?), litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu etiam impetrandis, defensioni non adhibite solempnitatis, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, et generaliter omni suffragio tam in specie quam in genere, omnique auxilio iuris canonici et civilis, quibus mediantibus ea que premissa sunt, vel ipsorum quodcunque ullo unquam possent tempore violari. In evidentiam itaque et firmitatem perpetuam singulorum et omnium premissorum presentibus appendimus

Sigilla nostra. Datum et actum in Monasterio nostro anno domini M.CCC. tertio. XV. Kal. Marcii. Indictione prima.

Copia Bbb. 19.

Original im Stadtarchiv Bremgarten.

Auf der Rückseite steht: Instrumentum super Iuribus patronatus ecclesiarum wile et affoltere et super possessionibus wile. Zuo oberwillen Im frygen amt by der Stadt zuo bremgarten.

179.

1303. 27. Juli.

Der Edle Johann von Wolhusen schenkt aus Dankbarkeit für empfangene Wohlthaten dem Kloster Engelberg ein Grunstück zu Langenegg[1]) in der Pfarrei Ruswil mit zwei Eigenleuten und das Patronatrecht der Kirche zu Lungern.

Orig. Bbb. XI.

Alle drei Siegel hängen sehr gut erhalten.

Druck: Geschichtsfreund, XVII. 36.

180.

1303. 17. Nov.

Abt und Convent von Engelberg einerseits, Johann von Schönenwert anderseits übergeben den Entscheid über ihre beidseitigen Ansprüche auf das Patronatsrecht der Kirche zu Wil einem Schiedsgericht mit der Bestimmung, dass der dem Schiedspruche nicht gehorchende Teil dem andern 60 Mark Strafe zu bezahlen habe.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Růdolfus divina permissione Abbas totusque Conventus monasterii Montis Angelorum, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, ac Johannes de Schönenwert affectum caritatis cum noticia subscriptorum. Suborta controversia seu questionis materia inter nos. . Abbatem et Conventum predictos ex una, ac me Johannem prefatum ex parte altera, super tercia parte Jurispatronatus Ecclesie in Wile, Nobis Abbate et Conventu asserentibus, Juspatronatus dicte Ecclesie in Toto nobis et nostro monasterio pertinere, me Johanne asserente Terciam partem Jurispatronatus

[1]) Ein in Ruswil verschollener Ortsname.

dicte Ecclesie mihi pertinere. ut hinc inde partium parcatur laboribus et expensis, pro bono pacis et concordie dictam controversiam et questionis materiam in viros discretos dominum Hermannum de Rúsegge Canonicum ecclesie Zovingensis, Magistrum Nicolaum de Malters Canonicum eiusdem ecclesie Zovingensis, et Magistrum Johannem Thiam Canonicum ecclesie Thuricensis tamquam in arbitros, arbitratores et amicabiliter compositores compromisimus et compromittimus, in hiis scriptis promittentes ad invicem et dictis arbitriis stare, tenere et integraliter obedire et non contravenire aliquo ingenio de iure vel de facto, ratione aliqua sive causa arbitrio, diffinicioni et pronunciacioni, quam inter nos super premissis dixerint, diffinierint seu arbitrati fuerint, semel vel pluries, cum scriptura vel sine scriptura, diebus feriatis, et non feriatis, stando, sedendo, quomodocunque, qualitercunque et ubicunque voluerint, iuris solempnitate servata vel non servata, sub pena sexaginta Marcarum argenti ponderis Thuricensis, quam penam pars non servans arbitrium solvere debet parti volenti arbitrium observare, et nihilominus sub observacione fidei prestite hinc et inde a partibus et quod eadem pena exigi debeat, quotiens committitur et ea soluta vel non soluta diffinicio super premissis ferenda in sua nihilominus remaneat firmitate. Et in evidenciam omnium premissorum presens Instrumentum Compromissi Sigillis nostris duximus presentibus consignandum. Actum et Datum Thurici anno domini M.CCC. tertio. XV. Kal. Decembris. Indictione secunda.

Copia Bbb. 21.

Original im Stadtarchiv Bremgarten.

Rückseite: Compromissum super iure patronatus ecclesie in Wile pertinentis ad mensam hospitalis constructi in ponte Reni. — Oberwilare by Bremgarten.

181.

1303. 18. Nov.

Drei Schiedsrichter entscheiden den Streit zwischen dem Kloster Engelberg und Johann von Schönenwert über das Patronatsrecht der Kirche zu Wile (Oberwil bei Bremgarten).

Nos Hermannus de Rúsegge, Magister Nicolaus de Malters Canonicus Ecclesie Zouingensis et Magister Johannes Thie Canonicus Ecclesie Thuricensis arbitri in | causa, que inter honorabiles viros. . abbatem et Conuentum monasterii montis angelorum, Ordinis sancti Benedicti ex vna, ac Johannem Domicellum de Schônenwert | ex parte altera super tertia parte Jurispatronatus Ecclesie in Wile vertebatur, a partibus communiter electi.. Omnibus Christi fidelibus noticiam subscriptorum. Scire cupi- | mus vniuersos, quod audita et examinata causa predicta, porrectis peticionibus hinc et inde, et super ipsis lite legitime contestata, prestito iuramento | Calumpnie a partibus vtrobique, receptis probationibus quas partes producere voluerunt, Conclusoque in negocio, partibus cum instancia diffinitivam | postulantibus sententiam. Quia nobis constitit, predictos. . abbatem et Conuentum intencionem suam tam per Instrumenta legitima et confirmaciones | Sedis apostolice, quam per litteras canonicas Sedis Maguntine, ac per confessionem partis aduerse, et alia amminicula plenius probauisse: In nomine domini dictum | Iuspatronatus Ecclesie in Wile in totum adiudicamus. . dictis abbati et Conuentui perpetuo possidendum, predicto Johanni super inpeditionem ipsius | suisque heredibus perpetuum silencium imponentes, sub pena in compromisso posita videlicet Sexaginta Marcarum argenti, et obseruacione fidei prestite | nomine Juramenti a partibus antedictis. Et in euidenciam premissorum presentem sentenciam Sigillis nostris patenter tradimus communitam. Lata et lecta est | hec sentencia Thurici in domo. . Thesaurarii Ecclesie Thuricensis, presentibus domino Vlrico de Richental Canonico Ecclesie Constantiensis, Magistro | Vlrico dicto Wolfleibsch Canonico Ecclesie Thuricensis, domino Petro Rectore Ecclesie in Abwile, Magistro Nycolao de Malters Rectore Ecclesie in Affoltre, | Rûdegero Manessen Seniore, Brunone de Baldwile militibus, Marquardo nobili de Rúsegge, R. dicto Múlner, Berch. de Balba et aliis | quam pluribus testibus fide dignis, anno domini M.CCC.III. XIIII. kal. Decembris. Indictione secunda. |

Nos Rûdolfus diuina miseracione abbas et Conuentus

Monasterii montis angelorum pro nobis et nostris successoribus, et ego predictus Johannes de Schô- | nenwert pro me et meis heredibus dictam sentenciam emologando (sic) ratam et gratam habere et tenere et non contrafacere vel venire promittimus bona fide, | et in signum ratihabicionis et dicti compromissi facti in arbitros suprascriptos sub pena predicta Sigilla nostra in euidenciam Omnium premissorum presentibus | duximus appendenda. Orig. Bbb. XII.

Gut erhalten hängen die Siegel der Canoniker von Zofingen und Zürich und des Conventes; die drei andern fehlen.

182.

1304. 15. Decemb.

Abt und Convent von Engelberg treten einige Eigenleute an das Stift Beromünster ab und empfangen dafür von diesem zwei Schupossen in Stege bei Sursee.

Universis presentium inspectoribus seu auditoribus Rudolfus divina permissione Abbas, tosusque Conventus monasterii Montis Angelorum | ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, notitiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit opportunum, quod nos ob imminentem | necessitatem, evidentem utilitatem monasterii nostri predicti, Elisabetham uxorem Waltheri dicti Basler, et Gertrudim sororem | ipsius, filias quondam Arnoldi dicti Thrutman, ancillas monasterii nostri predicti, cum omnibus liberis generatis aut | generandis ab ipsis, nobis videlicet in dicto monasterio minus utiles, tradidimus honorandis viris Præposito | er Capitulo Ecclesie Beronensis predicte diocesis, pro duobus Scopossis sitis in Stege[1]) prope oppidum Sursee, quas dictus | Waltherus emerat a . . . de Winterberg, cum omnibus suis appenditiis, quas ab eis cum pleno iure recepimus | proprietatis titulo perpetuo possidendas. In quorum testimonium Sigilla nostra, videlicet Abbatis et Conventus predictorum, presentibus sunt | appensa. Nos quoque Prepositus et Capitulum ecclesie Beronensis predicte dictum contractum ad utilitatem dicte nostre ecclesi | expressam factum esse presentibus confitemur,

[1]) Ein Ortsname „Steg“ bei Sursee besteht nicht mehr.

et eum perpetuo ratum habere promittimus pro nobis et nostris successoribus univeris. | In predictorum testimonium Sigilla nostra, videlicet Prepositi et Capituli predictorum presentibus sunt appensa. Renuntiamus igitur hinc et inde, | tam Abbas et Conventus, quam Prepositus et Capitulum prenotati pro nobis et monasterio, ac ecclesia suprascriptis omni actioni et | exceptioni, doli mali in factum beneficio restitutionis in integrum, iuri, per quod deceptis ultra dimidium iusti pretii | subvenitur, et generaliter omni allegationi iuris aut facti, canonici et civilis, scripti vel non scripti, editi vel edendi, etiam si | de eo mentionem opporteat fieri specialem, per que prædicta retractari vel impediri possent in totum vel in aliqua | sui parte. Testes ad hoc vocati sunt hii: Arnoldus dictus Thrutman, Pelegrinus Scultetus in Sempach, Chuonradus de Heidegg, Berchtoldus de Hertenstein, B. dictus Vogt, Waltherus Basler prædictus, et alii fide digni. | Datum et actum Berone anno domini M.CCC.IIII. feria tertia proxima post festum sancte Lucie virginis. Indictione quarta. Orig. D. 90. Copia Gg. 29.

Das Siegel des Propstes fehlt; die drei andern sind gut erhalten.

Der Text des stark beschädigten Originals wurde aus Zurlaubens Stemmatographia Helvetiæ, Bd. 24. ergänzt.

183.

1305. 22. Aug.

Papst Clemens V. einverleibt dem Frauenkloster zu Engelberg, in Rücksicht auf dessen geringen und ungenügenden Existenzmittel, die Einkünfte der Kirche zu Lungern, deren Patronatrecht es bereits besitzt.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in christo filiabus. . Magistre et Conuentui de Monteangelorum per Magistram soliti gubernari, ordinis | sancti Benedicti Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Religionis uestre meretur honestas, ut apostolica sedes uos et monasterium uestrum | illa gratia fauorabiliter prosequatur, quam uestris fore conspicit oportunitatibus oportunam. Cum itaque, sicut ex parte uestra fuit expositum coram no- | bis, predictum

uestrum monasterium in loco quasi sterili constitutum adeo tenues habeat facultates, quod ex earum prouentibus non potestis congrue | sustentari, nos in hac parte paterno uobis compatientes affectu, ac uolentes uobis ad uestras necessitates huiusmodi releuandas de alicuius subuentionis | remedio prouidere, uestris supplicationibus inclinati, ecclesiam de Lungern Constantiensis diocesis curam animarum habentem, in qua uos et dilecti filii. . | Abbas et Conuentus monasterii de monteangelorum dicti ordinis eiusdem diocesis ius patronatus habetis, cum iuribus et pertinentiis suis uobis | et dicto monasterio uestro apostolica auctoritate concedimus in usus proprios perpetuo retinendam. Ita quod ipsius cedente uel decedente Recto- | re, uel alio quocunque modo ecclesia ipsa uacante liceat uobis ipsius ecclesie possessionem apprehendere, eiusque prouentus in necessitates conuertere supra- | dictas, cuiusquam assensu minime requisito. Seruata de ipsis pro perpetuo Vicario in eadem ecclesia perpetuo seruituro congrua portione, ex qua pos- | sit congrue sustentari, Episcopalia et alia incumbentia onera supportare. Jure diocesani Episcopi et alterius cuiuslibet semper saluo. Nulli ergo omnino | hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, | indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eins se nouerit incursurum. Datum Burdegalis | XI. kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno primo. Orig. A. 16.

Die Bleibulle hängt an roth-gelber Seidenschnur.

184.

1305. 22. Aug.

Papst Clemens V. beauftragt die Bischöfe von Lausanne und Sitten, und den Abt von Muri, den Frauenkonvent zu Engelberg in den Besitz der Einkünfte der Kirche zu Lungern einzuführen.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus. . Lausanensi et. . Sedunensi Episcopis, ac dilecto filio. . Abbati monasterii in Mure Constantiensis diocesis salutem

et | apostolicam benedictionem. Religionis honestas dilectarum in Christo filiarum. . Magistre et Conuentus Monasterii de Monteangelorum per Magistram soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti Con- | stantiensis diocesis, meretur, ut apostolica sedes ipsas et monasterium ipsarum illa gratia fauorabiliter prosequatur, quam earum fore conspicit necessitatibus oportunam. Cum itaque | sicut ex parte ipsarum Magistre et Conuentus fuit expositum coram nobis, predictum earum monasteriuu in loco quasi sterili constitutum adeo tenues habeat facultates, quod ex | earum prouentibus non possint congrue sustentari, nos in hac parte dictis Magistre et Conuentibus paterno compatientes affectu ac uolentes ipsis ad earum necessitates | huiusmodi releuandas de alicuius subuentionis remedio prouidere, ipsarum supplicationibns inclinati ecclesiam de Lungeren predicte diocesis curam animarum habentem, in qua | eedem Magistra et Conuentus, ac dilecti filii. . Abbas et Conuentus monasterii de Monteangelorum dicti ordinis eiusdem diocesis ius habent patronatus cum iuribus | et pertinentiis suis, predictis Magistre et Conuentui et dicto ipsarum monasterio apostolica auctoritate concessimus in usus proprios perpetuo retinendam. Ita quod | ipsius cedente uel decedente Rectore uel alio quocunque modo ecclesia ipsa uacante, liceat ipsis Magistre et Conuentui ipsius ecclesie possessionem apprehendere | eiusque prouentus in necessitates conuertere supradictas, cuiusquam assensu minime requisito. Seruata de ipsis pro perpetuo Vicario in eadem ecclesia perpetuo seruituro con- | grua portione, ex qua possit congrue sustentari, Episcopalia et alia incumbentia onera supportare, Jure diocesani Episcopi et alterius cuiuslibet in omnibus semper saluo. Quocirca | discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus uos uel duo aut unus uestrum per uos uel alium seu alios, prefatas Magistram et Conuentum uel ipsarum procuratorem | earum nomine, cedente uel decedente Rectore predicto, uel quocunque alio modo ecclesia ipsa uacante, in corporalem possessionem dicte ecclesie, iurium et pertinentiarum ipsius | inducatis auctoritate nostra, et defendatis inductas, facientes eis uel dicto procuratori pro ipsis de ipsius

ecclesie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, et obuentionibus uni- | uersis integre responderi. Non obstantibus, si aliquibus ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes | plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Datum | Burdegalis XI. kalend. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Orig. A. 17.

Die Bleibulle hängt an einer Leinenschnur.

185.

1306. 9. März.

Bischof Heinrich von Constanz vidimirt die Bulle Clemens V., womit dieser am 22. August des vorhergehenden Jahres die Kirche zu Lungern dem Frauenkloster in Engelberg einverleibt hatte.

Heinricus dei gratia Constantiensis Ecclesie Episcopus. Dilectis in Christo vniuersis presentes litteras inspecturis, subscriptorum noticiam cum salute et sincera | in domino caritate. Noueritis quod nos litteras sacrosancte sedis apostolice, non abolitas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas cum vera | bulla vidimus, quarum tenor dinoscitur esse talis: „Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis in Christo filiabus. . Magistre et Conuentui Monasterii | de Monte angelorum, etc.“ *(sequitur textus Bullæ de anno 1305. 22. Aug., ut habetur supra sub No. 183. — Concludit denique Episcopus his verbis:)* In cuius visionis testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Datum Thuregi, anno domini M. CCC. sexto. VII. Idus Marcii. | Jndictione quarta. Orig. ad A. 16.

Das bischöfl. Siegel hängt gut erhalten.

186.

1306. 9. März.

Abt Rudolf von Muri vidimirt die zwei päpstlichen Erlasse, welche Clements V. am 22. Aug. 1305. wegen der Einverleibung der Kirche zn Lungern an die Bischöfe von Lausanne und Sitten, und an das Frauenkloster in Engelberg gerichtet hatte.

Rudolfus diuina miseracione abbas monasterii in Mure Ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis. Executor vna cum venerabilibus Patribus. . Lausanensi et Sedunensi Episcopis ad gratiam subscriptam specialiter deputatus. Vniuersis | Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem et sinceram in domino caritatem. Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod nos litteras Sanctissimi Patris domini Clementis pape Quinti, non abolitas non viciatas, non cancellatas nec in aliqua sui | parte suspectas, sub vera Bulla plumbea, et filo canapis integro predictis coexecutoribus nostris et nobis directas recepimus in hec verba: „Clemens Episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus Fratribus. . Lausanensi et. . Sedunensi | Episcopis, etc“. . *(sequitur mandatum apostolicum ad hos Episcopos datum, quod supra sub No. 184. expositum est.)* — Item alias litteras gratie facte: „Dilectis in Christo. . Magistre et Conuentui monasterii Montisangelorum, Ordinis sancti | Benedicti, Constantiensis dyocesis,“ vidimus, sub vera Bulla plumbea, et filo serico, et easdem de verbo ad verbum legimus, quarum Tenor dinoscitur esse talis: „Clemens Episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus. . Magistre et | Conuentui etc“. . *(sequuntur litteræ ad Moniales datæ, supra in No. 183. exhibitæ.)* Volentes itaque mandatum apostolicum reuerenter exequi suo loco et tempore predictarum | litterarum tenorem de verbo ad verbum, vobis omnibus et singulis insinuamus, notificamus et ad vestram noticiam perducimus per presentes, rogantes, mandantes, et inhibentes, ne quis in preiudicium dicte gratie ipsis. . Magistre et Conuentui | facte, quicquam presumat attemptare; alioquin omittere non possumus, quin exequendo mandatum apostolicum contra presumptores huiusmodi procedamus iuxta traditam nobis formam. Datum in Monasterio nostro predicto anno domini Millesimo. CCC. sexto. | VII. Idus Marcii. Indictione Quarta.

Orig. ad A. 17.

Das Siegel des Abtes hängt wohl erhalten.

187.

1306. 2. Decemb.

Abt und Convent von Engelberg urkunden, dass sie von der Conversschwester Adelheid Hasartin von Zürich 100 Pfund Pfenninge erhalten haben, um den vom Ritter Rudolf von Schauensee erworbenen Hof Kilchbüel bei Sempach bezahlen zu können. Als Entgelt dafür geloben sie, der genannten Adelheid auf Lebenszeit und ohne deren Unkosten jährlich 7 Malter Getreide aus dem Kornspeicher zu Luzern oder Buochs unentgeltlich auszurichten, nach ihrem Tode aber den Klosterfrauen zu Engelberg je auf St. Andreastag 2 Pfund Pfenninge für Linnentuch zu geben.[1]) Orig. D. 91.

Die Siegel fehlen.

Druck: Geschichtsfreund, XIX. 264.

188.

1307. 13. Januar.

Königin Agnes von Ungarn, die grosse Wohlthäterin beider Klöster zu Engelberg, wird vom Abt und Convent daselbst nebst ihrem verstorbenen Gemahl in die Gemeinschaft des Gebetes und aller guten Werke aufgenommen mit der Zusicherung, für sie auch nach ihrem Ableben ein Jahr lang täglich die Vigilien feierlich abzuhalten. Orig. Ccc.

Druck: Geschichtsfrd. **XXIX.** 337.

Den ganzen Wortlaut dieses Actenstückes enthält der Brief, welchen Königin Agnes per Vidimus d. 28. Sept. 1355 dem Kloster gibt; gedruckt im Geschichtsfreund, I. 54.

189. a.

1307. 1. Juli.

Abt und Convent zu Engelberg beglaubigen die von der Königin Elisabeth dem dortigen Frauenkloster gemachte Vergabung auf Gütern zu Alpnach und verpflichten sich zur Vollziehung der gestellten Bedingungen.

---

[1]) Vgl. oben die Urk. No. 145 und 146. vom Jahre 1277.

Allen dien die disen brief sechent oder hôrent lesen, kúnden wir Růdolf der Abt und der Conuent des Gotzhvses von Engelberg sant Benedictes Ordens, in kostenzer Bystome. Das wir gemeinlich mit gv̊tem rate, vnd mit ganzem willen han | ze kôfenne gegeben recht vnd redelich, der hochgebornen, vnser seligen vnd genedigen vrowen, vrowen Elizabeten der kúnginn von Rome, vmbe hundert March Silbers, vnser Aigen, das hie nach geschriben stat. Des ersten dú gveter ze alpenach an | dem nidern Stade, dú wir kovften von Heinrich dem kelner von Sarnen. vnd dú Gveter in dem selben dorf ze alpenach, dv Johanses seligen vnder dien Bovmen waren, vnd in dem selben dorf dú gůter dú Chv̊nratz Rintschvoz waren, dv ellv́ mit | einandren ierlich geltent zehen Malter dincheln vnd fúnf Malter habern. Vnd ze kegeswile drizig schilling geltes, ze Slieren vnd ze Swarzenberg Gveter dú ein phvnt phenningen ierlich geltent, dú wir kovften von Herrn Heinrich dem | kelner von Sarnon, vnd ze alpenach vnd ze kegiswile dú gveter, dv ierlich zwei phunt vnd ein Schilling phenningen geltent, dú wir kovften von Hern Niclaus seligen, dem kelner von Sarnon, und das gůt ze Steine ze alpenach, das ierlich | giltet zehen Schillinge phenningen. vnd hat si dv selben Gveter geben lvtterlich dvr Got vnd dvr ir sele heiles willen, vnd vnsers genedigen Herren Herren Albrechtes, des kveneges von Rome, vnd ir kinden, vnd aller ir vordern, wider | demselben vnserm Gotzhvse also, das man vnseren swesteren in dem Conuente fúnf March geltes, dú ierlich von dien vorgenanden Gvetern gant, ellú Jar geben vnd bekeren[1]) sol an ir nachtmal, das dú dermitte gebessret werden, s o | verre als es dervon beschechen mag. vnd sol dar vmbe ir alte phrv̊nde nicht gemindert werden. Si sullen ovch vber das selbe gelt einen svnderlichen phleger nemen vnd han, swen si wellent, der inen das verantwurthe vnd verrichte[2]) ierlich, also das wir davon keinen nvtz nemen, vnd das wir damitte nút ze tv̊nne haben. Wir han vns ovch willeklich dar zv̊ gebvnden, dvr Got ze vorderost, vnd dar nach dvr der vorgenanden, vnser

[1]) verwenden. — [2]) verwalte und besorge. —

vrowen der kvngin bette, das wir | iemer me eweklich vnsern Swestern in dem conuente, zuo der messe die si vormales hatten, sprechen svllen noch danne eine ander Messe. Vnd dvr das diz alles stete vnd gantz belibe, so han wir willeklich vber vns gesetzet, daz ein Apt von | Mvre in Ergôwe, der danne si, ze drin Jarn einest, old swen im ez dú Meistrin dez conuentez enbútet, sol varn in vnsern kosten zv̊ vnsern swestern, selber, oder er sol aber dar senden sinen gewissen boten, zervarne vnd ze sechenne,[1]) | ob si keinen bresten[2]) haben an disen vorgeschribenen dingen, vnd sol dú Meistrin im sagen vnd kúnden bi ir trúwe, ob si vnd der conuent keinen bresten liden an der Messe oder an dem gelte. Vnd als dike so der selbe Apt von Mure | gebresten vindet an der Messe, als dike svllen wir im das besren[3]) mit einem phvnt phenningen, vnd sol er dieselben phenninge gentzlich nemen von vns, vnd ir vns nút lassen. vnd sol das tv̊n bi siner trúwe an eines eides stat. vnd dar zv̊ noch | danne der Apt den bresten ablegen, vnd wenden vf der stat.[4]) Ist aber, das er bresten vindet an dem gelte, das es nit ist gerichtet dem conuente ze sant andres tage so man es richten sol, so sol der Apt von Mvre das gv̊t, des da bri- | stet vnsern swestern, richten vs vnserm gv̊te vnd sol dar zuo noch danne nemen als vil vnsers Gotzhvsez gv̊tes, als des was, das da gebrast, vnd sol das ze besserunge geben vnsern swestern, ob der breste von vnseren schulden | komen ist, vnd sol dar zuo versechen vnd ablegen inwendig dem manode[5]) den selben bresten. Wir han ovch diz alles, als hie vor geschriben stat, gelobt, stet ze hanne iemer me bi vnser trúwe an eines Aides (Eides) stat ane geverde,[6]) es si den- | ne, das vns irre solche ehaftige[7]) not, dú vns billich entschuldigen súlle. Wir svllen v̊ch niemer keinen Apt erwellen, noch nieman ze gehorsami enphan, wan der lobe bi siner trúwe an eines Aides stat, das er stet habe allez das hie | vor geschriben ist. vnd ze gewerem[8]) vnd ewigem vrkvnde, vnd

---

[1]) Zu erfahren und zu sehen. — [2]) Mangel. — [3]) vergüten. — [4]) auf der Stelle, sogleich. — [5]) innert des Monats. — [6]) ohne List und Trug. — [7]) eigene, anhaftende. — [8]) verbürgender. —

rechter stetigkeit der vorgeschribenen dingen, so han wir, der vorgenande apt vnd der conuent von Engelberg, vnser Ingesigel gehenchen an disen brief. Dirre | brief wart gegeben ze engelberg, an dem ersten tage in Hŏmanode. dú man von Gottes gebvrtlichem tage zalte Drúzehen hundert Jar. vnd dar nach in dem sibenden Jare.

Wir Walther von Gottes erbermden Apt des gotzhvses ze engelberg, hengken vnser Ingesigel an disen brief ze einer steten sicherheit aller dingen so hie vorgeschriben ist.[1]) —

Copie N. 12.

Die Siegel hängen etwas beschädiget.

Original im Frauenkloster zu Sarnen; No. 6.

Drucke: Herm. v. Liebenau, Königin Agnes. Anh. X. 16. — Argovia, V. 16.

Regest: Geschtsfrd. XIX. 206.

189. b.

1307. 19. Juli.

Frau Elisabeth, Königin von Rom, kauft vom Gotteshaus Engelberg den Hof nebst mehreren Grundstücken zu Alpnach, am niedern Staad, zu Kägiswil, Schlieren, Schwarzenberg, u. s. w. um 100 Mark Silber, und macht damit für ihr eigenes, ihres Gemahls des König Albrecht, ihrer Kinder und Vordern Seelenheil eine Stiftung an das Frauenkloster zu Engelberg, und überträgt die Obhut darüber dem jeweiligen Abte von Muri.

Orig. D. 92.

Die Siegel fehlen.

Drucke: Geschichtsfrd. I. 41. — Soloturn. Wochenblatt 1833, 44 — 47. —

190.

1307. 14. Juli.

Diethelm von Jrflichen ehemals Rector der Kirche zu Winikon, verkauft dem Kloster Engelberg drei Schupossen in Nieder-Schlierbach, die er als Erblehen des genannten Klosters besessen, um 50 Pfund und entsagt jedem Recht und Anspruch darauf für sich und seine Erben.

Vniuersis presentium inspectoribus seu auditoribus, D. de irflichen,[2]) quondam rector Ecclesie in winikon[3]) eorum noticiam

[1]) Diesen Bestätigungszusatz fügte Abt Walther III., Nachfolger Rudolfs I., gleich nach seiner Wahl 1317. bei. — [2]) Irflikon, jetzt Ifflikon, Gmd. Nottwil. — [3]) im Ct. Luzern. —

que secuntur. Nouerint omnes quos nosse fuerit oportunum, quod | ego compos mentis et corporis, tres scopossas, sitas in nidernslierbach,[1]) quarum duas colit Nicolaus de slierbach terciam colit H. dictus Altman, mihi iure emphyteusis sui hereditario pertinentes | a monasterio montis Angelorum ordinis sancti Benedicti, sub annuo censu XXVI. denariorum, vendidi et tradidi abbati et conuentui eiusdem monasterii pro L. libris usualis monete, quas ab eis me confiteor ex | integro recepisse. et. . prepositum Argoye fratrem et procuratorem dicti monasterii, nomine et iure ipsius monasterii in corporalem possessionem dictarum scopossarum induxi. Et omni iuri, quod mihi compe- | tebat in dictis tribus scopossis, ad manus eius cessi iure et nomine dicti monasterii. Renuncio igitur pro me meisque heredibus vniuersis omni actioni seu allegationi iuris canonici et | ciuilis scripti ac non scripti, exceptioni doli mali, non numerate peccunie, non tradite, non solute restitutioni in integrum, implorationi officii iudicis, et generaliter omni facti uel iuris auxilio, | et si de eo mentionem oporteat fieri specialem, per que dicta uenditio, traditio, et iuris cessio retractari seu impediri possent in totum uel in aliqua sui parte. In quorum | testimonium presens instrumentum super hoc confecimus, Sigillo honorabilis domini mei Vlrici de landenberch prepositi Beronensis, cum proprium non habeam, obtinui roborari. Nos igitur | prepositus antecedens in signum nostri consensus ac testimonium predictorum ad ipsius petitionem Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes ad hoc uocati sunt hii: Dominus prepositus | de Berona, magister Nicolaus de malters, H. de vilmeringen, R. de Liebech, canonci, Hugo dictus rasor prebendarius Ecclesie Beronensis, Johannes vicarius in phef- | fichon et plures alii fide digni. Datum et actum Berone, Anno dominni M.CCC.VII. feria VI. ante festum beati Alexi. Indictione VI. — Orig. D. 93.

Das Siegel ist beschädigt.

[1]) in der Pfr. Büren, Ct. Luzern. —

BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY



3 1197 21919 8691

Date Due

All library items are subject to recall at any time.

JU' 0 8 .019		

Brigham Young University